

uel odii misceatur id est ne homo puniat uel corripiat ex furore iracundie non amore iustitie  
**I**deo Iaco.iii. Si zelum amarum habetis. & correptiones sunt in cordibus uestris nolite gloriari  
**S**ciendum est etiam quod deus zelare dicitur & zelotes quia uidelicet facit anime spiritualiter que solet homo zelotipus facere circa uxorem. uisitat enim conuersantem id est circumspicit & considerat uias eius. audire uult uerba. uidere facta. inquirere affectiones. scire intentiones. unde sap. i. Qui loquitur iniqua non potest latere. nec preterit illum corripies iudicium. In cogitationibus enim impiis interrogatio erit. sermonum autem illius auditio ad deum ueniet quoniam auris zeli audit omnia.  
**I**tem excitat negligentem. zac. i. Hec dicit dominus zelatus sum hierusalem & syon zelo magno. Sequitur Reuertar in hierusalem in misericordiis. et domus mea edificabitur in ea. Item zac. viii. zelatus sum syon zelo magno. reuersus sum ad syon & habitabo in medio hierusalem. & uocabitur hierusalem ciuitas ueritatis. Item corripit delinquentem. sopho. i. In igne zeli mei deuorabit omnis terra. It. exo. xx. Ego sum dominus deus tuus fortis zelotes uisitans iniquitatem primum in filios in tertiam & quartam generationem. & faciens misericordiam in milia hiis qui diligunt me. Item suscipit reuertentem. Iere. iii. Fornicata es cum amatoribus multis. tamen reuere ad me dicit dominus. & ego suscipiam te. Item deserit contententem. eze. vi. auferet zelus meus a te. Item puer. vi. zelus & furor uiri non parcat in die uindictae. nec acquiescet cuiusquam precibus. nec accipiet pro redemptione dona.  
**D**e Verecundia require in fra tertio libro ubi agit de filiabus manis glie.

**PARS SECUNDA DE LEGE. DISTINCTIO. PRIMA.**

**D**icitur de principis intermiscis actu humanorum. ordine consequenti considerandum est de principis extrinsecis. Principium extrinsecum inclmans ad malum est dyabolus. de cuius temptatione dicemus infra in principio tertii libri. Principium autem extrinsecum mouens ad bonum est deus qui nos instruit per legem. & adiuuat per gratiam & uirtutes & alia uirtutibus adiuncta scilicet dona. beatitudines. & fructus. Ideo de hiis omnibus per ordinem est agendum. primo quidem de lege. Secundo de gratia. Tertio de uirtutibus Quarto de donis &c. Primo itaque considerandum est de lege eterna. Secundo de lege naturali. Tertio de lege humana. Quarto de lege diuina. Quinto de occasione uerborum apostoli. rom. vii. uideo aliam legem in membris meis &c. dicendum est de lege peccati. De lege eterna consideranda sunt quinque. Primo quod sit. Secundo quod sit. Tertio quod eius notio omnibus est impressa. Quarto quod omnes alie leges deriuantur ab ea. Quinto quod ei subduntur omnia. Circa primum sciendum quod lex nihil aliud est quam dictam practice rationis in principe qui gubernat. alique communitatem perfectam. Manifestum autem est quod supposito quod

mundus diuina prouidentia regatur. scilicet quod tota coelitas uniuersi gubernatur diuina ratione. & ideo ipsa ratio gubernationis rerum in deo sicut in principe uniuersitatis existens legis habet rationem & quia diuina ratio nihil concipit ex tempore sed habet eternum conceptum. ut dicitur puer. viii. inde est quod huiusmodi lege oportet dicere eternam. Licet autem ab eterno non fuerint creature quibus lex eterna posset imponi. tamen ea que in seipsis non sunt apud deum existunt in quantum sunt ab ipso procreata & postdiata. sicut illud cor. iiii. qui uocat ea que non sunt tanquam ea que sunt. sic igitur eternam diuine legis conceptus habet rationem legis eterne. sicut quod a deo ordinatur ad gubernationem rerum ab ipso precognitatur. Circa secundum scilicet quid sit lex eterna. dicendum secundum augustinum in primo de libero arbitrio. lex eterna est summa ratio cui semper obtemperandum est. Ad cuius euidentiam sciendum est quod sicut in quolibet artifice preexistit ratio eorum que constituunt per artem. ita etiam in quolibet gubernante oportet quod preexistat ratio ordinis eorum que agenda sunt per eos qui gubernationi subduntur. & sic ratio rerum fiendarum per artem uocatur ars uel exemplar rerum artificiarum. ita etiam ratio gubernationis actus subditorum rationem legis obtinet. obseruatis aliis que sunt de legis ratione. deus autem per suam sapientiam conditor est uniuersarum naturarum ad quas comparatur. sicut artifex ad artificiatas. & etiam gubernator omnium actuum & motionum que inueniuntur in omnibus creaturis. unde sicut ratio diuine sapientie in quantum per eam cuncta sunt creata habet rationem artis uel exemplaris uel ydeae. ita ratio diuine sapientie mouentis omnia ad debitum finem obtinet rationem legis. & sicut hoc lex eterna nihil aliud est quam ratio diuine sapientie. secundum quod est directiua omnium actuum & motionum. hec autem ratio diuine sapientie est una. & ideo lex est una ratioes uero ydeales sunt plures in deo. sicut dicit augustinus in li. lxxxiii. questionum. quia fecit deus singula propriis rationibus. rationes enim ydeales respiciunt proprias naturas singularum rerum. & ideo in eis inuenitur quedam distinctio & pluralitas sicut diuersos respectos ad res. sed lex dicitur directiua actuum in ordine ad bonum commune. ea autem que in seipsis sunt diuersa considerantur ut unum sicut quod ordinantur ad aliquod commune. & ideo lex eterna est una que est ratio huius ordinis  
**C**irca tertium scilicet quod notio legis eterne est nobis impressa sciendum. quod aliquid potest cognosci dupliciter. uno modo in seipso. alio modo in suo effectu in quo aliqua similitudo eius inuenitur sicut aliquis non uidens solem in sua substantia cognoscit ipsum in sua irradiatione. Sic igitur dicendum quod legem eternam nullus potest cognoscere sicut quod in seipso est. nisi solum beati qui deum uident per essentiam. sed omnis creatura rationalis cognoscit ipsam sicut aliquam eius irradiationem uel maiorem uel minorem. omnis enim cognitio ueritatis est quedam irradiatio & participatio legis eterne que est ueritas incommutabilis. ut augustinus dicit in li. de uera religione. ueritatem autem omnes

cognoscunt aliquantulum. aut unus quantum ad principia communia legis naturalis. in aliis uero quidam plus et quidam minus precipant de cognitione ueritatis. et secundum hoc etiam plus uel minus cognoscunt legem eternam. illa quidem que dei sunt a nobis cognosci non possunt secundum se. sicut dicit apostolus. i. cor. ii. que sunt dei nemo nouit nisi spiritus dei. sed tamen in effectibus suis nobis manifestantur secundum illud rom. i. Inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Nec totaliter potest nobis manifestari lex eterna per suos effectus. & ideo non oportet quod quantum cognoscit eam. cognoscat totum ordinem rerum. in quo sunt omnia ordinatissima. propter quod dicit Augustinus in libro de uera religione. Lex eterna est de qua homines iudicare non possunt. sciendum tamen quod iudicare de aliquo potest intelligi dupliciter. Vno modo sic uis cognitiua diiudicat de proprio obiecto. secundum illud Job. xii. nonne auris uerba diiudicat & fauces comedentis saporem & secundum istum modum iudicii. philosophus dicit quod unusquisque bene iudicat que cognoscit. iudicando scilicet an sit uerum quod proponitur. Alio modo secundum quod superior iudicat de inferiori quodam practico iudicio. an scilicet ita debeat esse uel non ita. & sic nullus potest iudicare de re eterna.

**C**irca quartum scilicet utrum omnis lex a lege eterna deriuetur. dicendum quod lex imposita rationem quandam directiuam actu ad finem. in omnibus autem mouentibus ordinatis oportet quod uirtus secundum mouentis deriuetur a uirtute promouentis. quia mouens secundum non mouet nisi in quantum mouetur a primo. unde & in omnibus gubernantibus idem uidemus quod ratio gubernationis a primo gubernante ad secundos deriuatur. sicut ratio eorum que agenda sunt in ciuitate deriuatur a rege per preceptum in inferiores administratores. & in artificialibus etiam ratio artificialium actu deriuatur ab architecto ab inferiores artifices qui manu operantur. Cum igitur lex eterna sit ratio gubernationis in supremo gubernante. necesse est quod omnes rationes gubernationis que sunt in inferioribus gubernantibus a lege eterna deriuentur. huiusmodi autem rationes inferiorum gubernationum sunt quecumque alie leges preter legem eternam. unde omnes dicuntur leges in quantum precipant de ratione recta. et propter hoc Augustinus dicit in primo de libero arbitrio. quod in temporalis lege nihil est iustum ac legitimum quod non ex eterna homines sibi deriuauerint. **C**irca quintum scilicet utrum omnia eterne legi subdantur. dicendum est quod duplex est modus quo aliquid subditur legi. uno modo in quantum precipatur lex eterna per modum cognitionis. Alio modo per modum actionis & passionis in quantum precipatur per modum interioris motui principii. & hoc secundo modo subduntur legi eterne irrationales creature. sed quia rationalis natura cum eo quod est commune omnibus creaturis habet aliquid sibi proprium in quantum est rationalis. id secundum utrumque modum legi eterne subditur quia & notatorem legis eterne aliquo modo habet. & iterum unicuique rationali creature inest

naturalis inclinatio ad id quod est consonum legi eterne. Sumus enim innati ad habendum uirtutes. ut dicitur in ii. ethi. uterque tamen modus imperfectus quidem est. ut quodammodo corruptus in malum. in quibus et inclinatio naturalis aliquando uirtute deprauatur per habitum uiciosum. & iterum ipsa naturalis cognitio boni in eis obtenebratur per passionem & habitum peccatorum. in bonis autem uterque modus inuenitur perfectior. quia & supra cognitionem naturalis boni supradicitur eis cognitio fidei & sapientie. & supra naturalem inclinationem ad bonum superadditur eis interioris motui gratie & uirtutis. sic igitur boni perfecte subditur legi eterne tanquam semper secundum eam agentes. mali autem subduntur quidem legi eterne sed imperfecte cognoscunt & imperfecte inclinantur ad bonum. sed quantum deficit ex parte actionis suppletur ex parte passionis. puta scilicet in tantum patiuntur quod lex eterna dicat de eis in quantum deficient facere quod legi eterne conuenit. unde Augustinus dicit in primo de libero arbitrio. iustos sub eterna lege agere existio. & in libro de cathezizandis rudibus dicit quod deus ex iusta miseria animarum se deseretium & ouenientissimis legibus inferiores partes creature sue nouit ornare. illud autem uerbum apostoli ad gal. v. si spiritu ducimini non estis sub lege potest intelligi dupliciter. uno modo ut esse sub lege intelligatur ille qui nolens obligari legibus. subditur quasi cuidam ponderi. unde glossa. ibidem dicit quod sub lege est qui timore supplicii quod lex minatur non amore iusticie a malo opere abstinere. & hoc modo spirituales uiri non sunt sub lege. quia per caritatem quam spiritu sancto cordibus eorum infundit uoluntarie id quod legis est implent. Alio modo potest etiam intelligi in quantum hominis opera qui spiritu sancto agunt magis dicuntur esse opera. unde cum spiritu sanctus non sit sub lege sicut nec filius. sequitur quod huiusmodi opera in quantum sunt spiritu sancti non sunt sub lege. & huic attestatur quod apostolus dicit. ii. cor. iii. ubi spiritus domini ibi libertas. Item prudentia carnis non potest subici legi dei ex parte actionis. quia inclinatur ad actiones contrarias legi dei. propter quod dicit apostolus. ro. viii. prudentia carnis inimica est deo. legi enim dei non est subiecta. subicitur tamen legi dei ex parte passionis. quia meretur pati penam secundum legem diuine iusticie. nihilominus tamen in nullo homine ita prudentia carnis dominatur quod totum bonum nature corrumpat. & ideo remanet in homine inclinatio ad agendum ea que sunt legis eterne. peccatum enim non tollit totum bonum nature.

#### DE LEGE NATURALI. DIS. II.

**D**einde considerandum est de lege naturali. Circa quam consideranda sunt septem. Primo an sit aliqua lex naturalis. Secundo quid sit lex naturalis. Tertio que sunt precepta legis naturalis. Quarto utrum omnes actus uirtutis sint de lege naturali. Quinto utrum lex naturalis una sit apud omnes. Sexto utrum sit mutabilis. Septimo utrum possit a mente hominis aboleri. **C**irca primum dicendum quod cum lex sit regula & mensura

ut dictum est dupliciter potest esse in aliquo. Vno modo sicut in regulante & mesurante. Alio modo sicut in regulato & mesurato. quia inquantum precipiat aliquid de regula & mensura sic regulat & mensurat. unde cum omnia que diuine prudentie subduntur a lege eterna regulentur & mensurentur. manifestum est quod omnia precipiant aliquantulum legem eternam. inquantum scilicet ex impressione eius habent inclinationes in proprios actus & fines. inter cetera autem & rationalis creatura excellentior quodammodo diuine prouidentie subiacet. inquantum & ipsa fit prudentie princeps sibi ipsi & aliis prouidens. unde & ipsa precipiat rationem eternam per quam habet naturalem inclinationem ad debitum actum & finem. & talis participatio legis eterne in rationali creatura lex naturalis dicitur. unde cum psalmista dixisset. sacrificate sacrificium iusticie. quasi quibusdam querentibus que sint iusticie opera subiungit multi dicunt quis ostendit nobis bona. cui questioni. respondens dicit. signatum est super nos lumen uultus tui domine. quasi lumen naturalis rationis quo discernimus quid sit bonum & malum. quod pertinet ad naturalem legem nihil aliud fit quam impressio diuini luminis in nobis. unde patet quod lex naturalis nihil aliud est quam participatio legis eterne in rationali creatura. unde supra illud ro. ii. Cum gentes que legem non habent naturaliter ea que legis sunt faciunt. dicit glossa & si non habent legem scriptam habent tamen legem naturalem. qua quis intelligit & sibi conscius est quid bonum & quid malum. Unde patet quod lex naturalis nihil aliud est quam quedam participatio legis eterne in rationali creatura. hec autem participatio legis eterne est etiam in creaturis irrationalibus suo modo. Sed differenter est in creaturis rationalibus & irrationalibus. in creaturis etiam rationalibus precipiatur rationabiliter & intellectualiter. nam sicut omnis ratiocinatio derivatur a principiis naturaliter notis. & omnis appetitus eorum que sunt ad finem ab appetitu finis ultimi derivatur. sic etiam oportet quod prima directio actuum nostrorum in finem fiat per legem naturalem. unde participatio legis eterne in rationali creatura proprie lex uocatur. In creatura autem irrationali non precipiatur rationaliter. quia solo appetitu naturali agit propter finem. unde non potest dici lex nisi per similitudinem. Circa secundum scilicet quid sit lex naturalis. utrum scilicet sit habitus. dicendum quod aliquid potest dici esse habitus dupliciter. uno modo proprie & essentialiter. & sic lex naturalis non est habitus. dictum est enim quod lex naturalis est aliquid per rationem constitutum. sicut & propositio est quoddam opus rationis non est autem idem quod quis agit & quo quis agit aliquis enim per habitum grammatice agit orationes congruas. cum igitur habitus sit quo quis agit. non potest esse quod lex aliqua sit habitus proprie & essentialiter. Alio modo potest dici habitus id quod habitu tenet. sicut dicitur fides id quod fide tenet & in hoc modo quia precepta legis naturalis quicquid considerantur in actu a ratione. qua

doque autem sunt in ea habitualiter tamen. secundum hunc modum potest dici quod lex naturalis sit habitus sicut etiam principia indemonstrabilia in speculatiuis non sunt ipse habitus principiorum. sed sunt principia quorum est habitus. cum autem dicit philosophus. ii. ethi. quod in anima sunt tria. scilicet habitus. potentie & passionibus enumerat tamen illa que sunt principia actuum humanorum quia intendit ibi inuestigare genus uirtutis. Manifestum est autem quod uirtus est quoddam principium actus. preter hec autem tria sunt quedam alia in anima sicut actus quidam ut uelle est in uolente. & etiam cognita sunt in cognoscete. & proprietates naturales anime sunt ei. ut immortalitas et huiusmodi. Ad tertium scilicet de preceptis legis naturalis. dicendum quod precepta legis naturalis hoc modo se habent ad rationem practicam sicut principia prima demonstratio. non se habent ad rationem speculatiuam. utraque enim sunt quedam principia per se nota. Dicitur autem aliquid per se notum dupliciter. uno modo secundum se. alio modo quo ad nos. secundum se quidem que libet propositio dicitur per se nota cuius predicatum est de ratione subiecti. contingit tamen quod ignozanti diffinitio subiecti talis propositio non esset per se nota. sicut ista propositio. homo est animal rationale. est per se nota secundum sui naturam. quia qui dicit hominem dicit rationale & tamen ignozanti quod sit homo hec propositio non est per se nota. & inde est quod boetius dicit in libro. de dogmatibus. Quedam sunt dignitates uel propositiones per se note. contra omnes. & huiusmodi sunt ille propositioes quarum termini sunt omnibus noti. ut omnino est maius sua parte. & qui uni & eidem sunt equalia. sibi inuicem sunt equalia. Quedam uero propositioes sunt per se note solis sapientibus qui terminos propositioem intelligunt quid significant. sicut intelligenti quod angelus non est corpus per se notum est quod non est circumscriptiue in loco. quod non est manifestum rudibus qui hoc non capiunt. In hiis autem que in apprehensione omnino cadunt quidam ordo inuenitur. Nam illud quod primo cadit in apprehensione eius ens. cuius intellectus includitur in omnibus quecumque quis apprehendit. & ideo primum principium indemonstrabile est. quod non est simul affirmare & negare. quod fundatur supra rationem entis & non entis. & supra hoc principium omnia alia fundantur. ut dicitur i. iiii. meth. Sicut autem ens est primum quod cadit in apprehensione simplicitate. ita bonum est primum quod cadit in apprehensione practice rationis que ordinatur ad opus. Omne enim agens agit propter finem qui habet rationem boni. & ideo primum principium in ratione practica est quod fundatur supra rationem boni. que est bonum quod omnia appetunt. Hoc est ergo preceptum legis quod bonum est prosequendum & faciendum & malum uitandum. & supra hoc fundantur omnia alia precepta legis nature. ut scilicet omnia alia facienda uel uitanda pertineant ad precepta legis nature. que ratio practica naturaliter apprehendit esse bona humana. quia uero bonum habet rationem finis. malum autem rationem contrarii. inde est quod omnia illa ad que homo habet naturalem

inclinacionem ratio naturaliter apprehendit ut bona. & p consequens in opere psequenda. & contraria eorum ut mala uitanda. secundum igitur ordinem inclinationum naturalium est ordo preceptorum legis nature. inest enim primo inclinatio homini ad bonum secundum naturam in qua communitur cum omnibus substantiis. pro ut scilicet quilibet substantia appetit conseruationem suam esse secundum naturam. & secundum hanc inclinationem pertinent ad legem naturalem ea que uita hominis conseruat & contrarium impedit. Secundo inest homini inclinatio ad aliqua magis specialia secundum naturam in quo conseruat cum ceteris animalibus. & secundum hoc dicuntur ea esse de lege naturali que natura omnia animalia docuit ut est coniunctio maris et femine. & educatio liberorum et similia. Tercio modo inest homini inclinatio ad bonum secundum naturam rationis que est sibi propria. sicut homo habet naturalem inclinationem ad hoc que ueritatem cognoscat de deo. & ad hoc que in societate uiuat. & secundum hoc ad legem naturalem pertinent ea que ad huiusmodi inclinationem spectant. utpote que homo ignorantiā uitet. que alios non offendant cum quibus debet conuersari & cetera huiusmodi que ad hoc spectant.

**C**irca quartum scilicet utrum omnes actus uirtutum sint de lege nature. sciendum quod de actibus uirtutis dupliciter loqui possumus. uno modo inquantum sunt uirtuosi. alio modo inquantum sunt tales actus in propriis speciebus considerati. Si igitur loquamur de actibus uirtutum inquantum sunt uirtuosi. sic omnes actus uirtuosi pertinent ad legem nature. dictum est enim quod ad legem nature pertinet omne illud ad quod homo inclinatur secundum suam naturam. Inclinet autem unumquodque naturaliter ad operationem sibi conuenientem secundum suam formam. sicut ignis ad calefaciendum unde cum anima rationalis sit propria forma hominis naturalis inclinatio inest cuiuslibet homini ad hoc que agat secundum rationem. & hoc est agere secundum uirtutem. unde secundum bonum actus omnes uirtutum sunt de lege nature. dicitur enim hoc naturaliter unumquodque propria ratio ut uirtuose agat. sed si loquamur de actibus uirtuosis secundum seipsum. puta scilicet in propriis speciebus considerantur. sic non omnes actus uirtuosi sunt de lege nature. multa enim secundum uirtutem fiunt ad que natura non primo inclinatur. sed per rationis inclinationem uel inquisitionem ea homines adiuuenerunt quasi utilia ad bonum uiuendum.

**C**irca quintum scilicet utrum lex naturalis sit una apud omnes. sciendum quod ad legem nature pertinent ea ad que homo naturaliter inclinatur. Inter que homini propria est ut inclinetur ad agendum secundum rationem. Ad rationem autem pertinet ex communibus ad propria procedere. ut patet ex primo philosophi. Aliter tamen circa hoc se habet ratio speculatiua & aliter ratio practica. quia enim ratio speculatiua precipue negociatur circa necessaria que impossibile est aliter se habere absque aliquo defectu inuenitur ueritas in conclusionibus propriis. sic & in principiis communibus. sed ratio practica negociatur circa contingentia in quibus sunt operationes humane. & ideo si in communibus sit aliqua neces-

sitas quantomagis ad propria descendit. tanto magis inuenitur defectus. Sic igitur in speculatiuis est eadem ueritas apud omnes tam in principiis quam in conclusionibus. licet ueritas non apud omnes cognoscatur in conclusionibus. sed solum in principiis que dicuntur communes conceptiones. in operatiuis autem non est eadem ueritas uel rectitudo practica apud omnes quantum ad communia. & apud illos ad quos est eadem rectitudo. in propriis non est equaliter omnibus nota. Sic igitur patet quod quantum ad communia principia rationis siue speculatiue siue practice est eadem ueritas siue rectitudo apud omnes et equaliter nota. quantum uero ad proprias conclusiones rationis speculatiue est eadem ueritas. Apud omnes enim uerum est quod triangulus habet tres angulos equales duobus rectis. quibus hoc non sit omnibus notum. sed tamen ad proprias conclusiones rationis practice. nec est eadem ueritas siue rectitudo apud omnes. nec etiam apud quos est eadem equaliter nota. apud omnes enim hoc rectum est & uerum ut secundum rationem agatur. ex hoc autem principio sequitur quasi conclusio propria que deposita reddatur. & quidem ut in pluribus uerum est. sed potest in aliquo casu contingere quod sit damnosum. & per consequens irrationabile si deposita reddatur. puta si aliquis petat ad impugnandum patriam. & hoc tantomagis inuenitur deficere quantomagis ad particularia descendit. puta si dicatur quod deposita reddatur cum tali cautione uel materia tali. quanto enim plures conditiones particulares apponuntur tantopliuribus modis poterit deficere. ut non sit rectum uel in reddendo uel in non reddendo. Sic igitur dicendum est quod lex nature quantum ad prima principia communia est eadem apud omnes. & secundum rectitudinem et secundum notitiam. sed quantum ad principia que sunt quasi conclusiones principiorum conuertitur. Esse autem apud omnes ut in pluribus & secundum rectitudinem & secundum notitiam. sed ut in paucioribus potest deficere. & quantum ad rectitudinem propter aliqua particularia impedimenta. sicut etiam uere generabiles & corruptibiles deficiunt ut in paucioribus propter impedimenta. & etiam quantum ad notitiam. & hoc propter hoc quod aliqui habent deprauatam rationem ex passione seu ex mala consuetudine seu ex mala habitudine nature. sicut apud germanos olim latrocinium non reputabatur iniquum. cum tamen sit expresse contra legem nature. ut refert iulius cesar in libro de bello gallico.

**C**irca sextum scilicet utrum lex nature possit mutari. sciendum quod lex naturalis potest intelligi mutari dupliciter. Uno modo per hoc quod aliquid ei addatur. & sic nihil prohibet legem naturalem mutari. multa enim super legem naturalem superaddita sunt ad humanam uitam utilia tam per legem diuinam quam etiam per leges humanas. Alio modo intelligitur mutatio legis naturalis per modum subtractionis. ut scilicet aliquid desinat esse de lege naturali quod prius fuit extra legem naturalem. sic quantum ad prima principia legis nature lex nature omnino est immutabilis. quantum autem ad secunda precepta que diximus esse quasi quasdam

proprias conclusiones ppinquas pzinis pzin  
cipiis. sic lex naturalis non imutatur quin ut  
in pluribus rectum sit semp quod lex natura  
lis habz. Potest tñ imutari i aliquo pteclari &  
in pautiozibus ppter aliquas speciales causas  
impedientes obseruantia talium pceptoz ut  
dictum est. vnde cum sup illud eccl. xvii. addi  
dit eis disciplina & legem uite dicit glosa. legē  
littere quatū ad correctōz legis natural' scribi  
noluit. dic q lex scripta dicit esse data ad cor  
rectiōem legis nature. uel quia per legem scri  
ptam suppletum est quod legi nature deerat.  
uel quia lex nature i aliquoz cordibus quatū  
ad aliqua corrupta erat intm ue estimarent eē  
bona que naturaliter sunt mala. & talis corru  
ptio correctiōe idigebat. Item contra ius uel  
legem nature est occisio inocētis. simili adul  
terium & furtū que tñ uident esse mutata a  
deo. puta qñ de pceptis abzabe ut occideret fi  
lium inocētē. gen. xxii. & quādo pcepit iu  
deis ut mutuata uasa egyptioz supriperent.  
exo. xii. Et qñ pcepit osee ut uxorem fornicā  
riā acciperet. osee. i. Sed sciendū q quia natu  
rali morte moriunt omīs qmuniter tam no  
centes qz inocētes. que quidē naturalis mors  
diuina potestate inducē ppter peccatū origina  
le. fm illud. i. regū. ii. Dñs mortificat & uiuif  
icat. ideo absq aliqua iniusticia fm mādatuz  
dei potest infligi mors hoī. uel nocenti uel in  
nocenti. similiter etiā adulteriū est concubit  
cum uxore aliena. quidqd est ei deputata fm  
legem diuinit<sup>9</sup> traditā. vnde ad quācūqz mu  
lierem aliquis accedat ex mandato diuino n̄  
est adulteriū nec fornicatio. Eadem ratō ē de  
furto quod est acceptio rei aliene. quidqd em̄  
accepit ex mandato dei qui est dñs uniuersoꝝ  
non accepit absq uoluntate dñi quod est fu  
rari. nec solū in rebus humanis quidqd a deo  
mādat hoc ipō ē debitū. s; etiā i rebus natura  
libus quidquid a deo fit est quoddā modo na  
turale. Item sicut dicit ysidorus li. ethimol. cō  
munis oīm possessio & una libertas. ē de iure  
naturali. hic autē uidemus esse mutata p leges  
humanas. Sed sciendū q aliquid dicit esse de  
iure naturali dupliciter. vno modo qz ad hoc  
natura inclinat. sicut nō est iniuriā alteri faci  
endam. alio modo quia natura nō induxit cō  
trariū sicut possemus dicere q hoīem esse nu  
dum est de iure naturali. quia natura nō de  
dit ei uestitū. s; ars adiuenit. Et hoc mō coīs  
oīm possessio. & omniū una libertas dicit eē  
de iure naturali. quia scz distinctio possessionū  
& seruitus nō sunt inducte a natura. sed p ho  
minū rōm ad utilitatē humane uite. & sic i h  
lex nature n̄ est mutata nisi p additōz. **C**ir  
ca septimū scz utrū lex nature possit de corde  
hoīs aboleri. dicendū q sicut dictum est ad le  
gem naturalē ptingent. pzinō quidē quedā pze  
cepta coīssima que sunt oibus nota. quedā au  
tem secundaria pcepta magis ppzia que sunt  
quasi conclusiones ppinque pzinis. quatū  
ergo ad illa pzinia cōmunia lex natural' nul

lo modo potest a cordibus hoīm deleri in uni  
uersali. delect tñ i particulari opabili. secundū q  
ratō impedit applicare cōe pzinium ad particu  
lare opabile. ppter concupiscenciā uel aliquaz  
aliam passionē. quatū uero ad alia pcepta se  
cundaria potest lex naturalis deleri de cordi  
bus hoīm. uel ppter psuasiones malas. eo mō  
quo etiā in speculatiuis errozes cōingūt circa  
conclusiones necessarias. uel etiā ppter cōsue  
tudines & habit<sup>9</sup> corruptos. sicut apud quos  
dam nō reputabant latrocinia peccata uel eti  
am uitia cōtra naturā. ut etiā apls dicit. ro. i.

DE LEGE HVMANA. DIS .III.

**D**emde considerandū est de lege hu  
mana. Circa quā considerāda sunt  
quāqz. Pzimo utrū sit aliqua lex hu  
mana uel esse debeat. Secūdo de uti  
litate eius. Tertio de origine eius. Quarto de  
q̄litate. Quinto de diuisione eius. **C**irca pzi  
mum sciendū q sicut dictū ē lex est quoddā  
dictamē pactice rōis. Similis autē pcessus eē  
inueniē rōni pactice & spectatiue. vtraqz em̄  
ex quibusdā pzinis ad quāsdam cōclusio  
nes pcedit. fm hoc ergo dicendū est q sicut i  
ratōe speculatiua ex pzinis & demonstra  
bilibus naturaliter cognitis pducunt cōclusi  
ones diuersarū scientiarū. quarū cognitio nō  
est nobis naturaliter indita. sed p industriam  
rōis inuēta. ita etiā ex pceptis legis naturalis.  
q̄si ex quibusdā pzinis coibus & indemo  
strabilibus necesse est q ratio humana pcedat  
ad aliqua pteclaria magis disponēda. & iste  
pteclares dispositōes adiuēte fm rōm huma  
nam dicunt leges hūane. seruatis aliis cōditō  
nibus q̄ pertinent ad rōm legis. vnde & tullī  
us dicit i sua rhetorica q̄ inuētiū uiris ē a nat̄a  
pfectum. deinde quedā in cōsuetudinē ex uti  
litate rōis uenerūt. postea res & a natura pfe  
ctas & in cōsuetudinē. platas legum metus et  
religio sapit. **C**irca secundū scz utrū utile  
fuit aliquas leges humanas institui. sciendū  
q homi naturaliter inest quedā aptitudo ad  
uirtutē. sed ipsa uirtutis pfectio necesse est q  
hoī adueniat per aliquā disciplinā sicut etiā ui  
demus q p aliquā industriam subueniē hoī i  
suis necessitatib<sup>9</sup>. puta i cibo & uestitu. quoz  
initia quedā habz a natura scz rōm & manus  
non autē ipm cōplementū. sicut cetera aīalia  
quibus natura dedit sufficienter tegumētū &  
cibum. Ad hanc autē disciplinā non defacili in  
ueniē homo sibi sufficiens. quia pfectō uirtu  
tis p̄cipue cōsistit in retrahēdo hoīem ab inde  
bitis delectatōibus. ad quas p̄cipue hoīs sūt  
pzinis. & maxime iuuenes circa quos efficacis  
oz est disciplina. & ideo oportet q hmōi disci  
plinam p quā ad uirtutem perueniāt. homīes  
ab alio fortiant. Et quidē quatū ad illos iue  
nes qui sunt pni ad actus uirtutū ex bona di  
spositōe. nature. uel cōsuetudine uel magis di  
uino munere sufficit disciplina paterna que ē  
per monitōnes. sed quia inueniunt quidā pa  
trum ad uitia pzinis. qui enim uerbis defacili

moueri non potest. necessarium fuit ut p vim & metu cohiberentur a malo. ut saltē sic male facere desisterent & aliis quietam uitā redderent. & ipsi tandē p huiusmōi assuetudinē ad hoc pducerent q̄ uoluntarie facerent que prius metu implebant. & sic fierent uirtuosi. hōi autem disciplina cogens metu pene est disciplina legum. unde necessarium fuit ad pacem hominū & uirtutem ut leges ponerent. quia sicut phs dicit in primo politico. sicut homo si sit pfectus uirtute est optimū aīalium. sic si sit separtus a lege & iustitia est pessimum oīm. q̄ homo habet arma ratiois ad expellēdas cōcupiscentias & seuitias que nō habent alia aīalia. & ysid. i li. ethi. facte sunt leges ut earū metu humana coherceat audacia. tutaq; sit iter impobos inocentia. & in ipsis iprobis supplicio refrenetur nocendi facultas. q̄dam enim bene dispositi sunt qui melius inducuntur ad uirtutem monicionibus uolūtariis q̄ coactione. sed quidā male dispositi nō ducuntur ad uirtutē nisi cogantur. **P**reterea sicut dicit. phs. in secūdo rethorice. melius est omīa ordinari lege q̄ dimittere iudiciū arbitrio. et hoc ppter tria. **P**rimo quidē q̄ facilius est inuēire paucos sapientes qui sufficiūt ad rectas leges ponendas q̄ multos qui requirerent ad recte iudicandū de singulis. **S**ecūdo quia illi qui leges ponūt ex multo tpe considerēt quid lege ferendū sit. sed iudicia de singularibus factis fiunt ex causis subito exortis. facilius autē ex multis cōsideratis potest homo uidere quid rectum sit q̄ solo ex aliquo uno facto. **T**ertio quia legislatores iudicant in uniuersali & de futuris. sed hōies iudiciis p̄sidentes iudicant de p̄sentibus ad que afficiunt amozē uel odio aut aliqua cupiditate. & sic eoz depzuaat iudiciū. quia igit iustitia aīata iudicis nō i multis inuenit. & quia flexibilis ē. ideo necessarium fuit ut in quibuscūq; est possibile legem determinare qd iudicandū sit. & paucissima hōim arbitrio cōmittit. **C**irca tertiu scz utrū oīs lex humana deriuēt a lege naturali. dicēdū est q̄ sicut dicit Aug⁹. in primo de libero arbitriū uidet esse lex que iusta nō fuerit. unde inquam habet de iustitia intantū habz de uirtute legis. in rebus aut humanis dicit aliquid esse iustum ex eo q̄ est rectum h̄m regulā ratiois. rationis aut prima regula est lex nature. unde omnis lex humaneus poita intm̄ habet de ratione legis. inquantū a lege nature deriuatur si uero in aliquo a lege naturali discordet iam non erit lex. sed legis corruptio. **S**ed sciēdum est q̄ a lege naturali dupliciter potest aliquid deriuari. vno modo sic cōclusiones ex principiis alio modo sicut determinatōes quedā aliquorum cōmuniū. primus quidē mod⁹ est similis ei q̄ i scientiis ex principiis cōclusiones demonstratiue pducunt. **S**ecundo uero mō simile ē q̄ i artibus forme cōes determinant ad quid speciale. sicut artifex formam cōmunē domus necesse est q̄ determinet ad hanc uel illā figurā

domus. **D**eriuant igit quidā a principiis cōibus legis nature p modū cōclusionū. sicut hoc quod est non esse occidendū. ut cōclusio q̄dā deriuari potest ab eo qd est nulli malū esse faciendū. quedā uero p modū determinatōis. sic lex nature habz q̄ ille q̄ peccat puniat. hec ē q̄dam determinatio legis nature. ueraq; igitur inueniunt lege hūana posita. sed ea que sunt primi modi cōtinent in lege humana. non tā quā sint solum lege posita. sed habent etiā aliquid uigoris ex lege naturali. sed ea que sunt secūdi modi ex sola lege humana uigorem habent. **C**irca quartū scz q̄lis debeat esse lex. docet ysid⁹ dicens. erit lex honesta. iusta. possibilis h̄m naturam. secundū consuetudinem p̄rie. loco tēporiq; cōueniēs. necessaria. utilis. manifesta quoq; ne aliquid p obscuritatē i capriōne cōtineat. nullo priuato cōmodo. sed p cōmuni utilitate ciuū cōscripta. **C**onueniēter ualde legem describit quia uniuscuiusq; rei q̄ est ppter finē. sicut forma ferre talis est qual conuenit sectioni ut patet in .ii. phi. **Q**uelibet etiā res recta & mensurata oportet q̄ habeat formam pportionalē sue regule & m̄sure. lex aut humana utrūq; habet. quia & est aliquid ordinatū ad finem. et est quedā regula uel mēsurā regulata quadā supiozi mēsurā. q̄ quidē est duplex. scz lex diuina & lex naē. finis aut humane legis est utilitas hōim. sicut etiā iurisperitus dicit. & ideo ysidorus. in conditōe leḡ primo quidē tria posuit. scz q̄ religioni congruat inquantū scz est pportionata legi diuine. **Q**ue discipline conueniat iquantum est pportionata legi nature. q̄ salutē pficiat iquantū ē pportionata utilitati hūane. **E**t ad hec tria omnes alie cōditōes quas postea ponit reducunt nam q̄ dicitur honesta refertur ad hoc q̄ religioni congruat. **Q**ue aut subdit iusta. possibilis h̄m naturā. secundū consuetudinē patrie. loco tēporiq; cōueniēs addit ad hoc q̄ conueniat discipline. **A**tendit autē humana disciplina. primū quidē inquantū ad ordinē ratiois. q̄ importat in hoc q̄ dicit iusta. **S**ecundo quantum ad facultatē agentū debet em̄ esse disciplina cōueniēs unicuiq; h̄m suam possibilitatē. obseruata possibilitate nature. nō em̄ eadē sunt imponenda pueris que iponunt uiris pfectis & h̄m humanā cōsuetudinē. nō em̄ potest hō solus in societate uiuere aliis mozem non gerens. **T**ertio quantum ad debitas circūstantias dicit loco tēporiq; cōueniēs. **Q**ue uero subdit necessaria utilis &c. refert ad hoc q̄ expediat salutē ut necessitas refert ad remotōm malorum. utilitas ad cōsecutōem bonoz. manifesta uero ad cauendū nocumētū. **Q**uod ex ipa lege posset puenire. & quia lex ordinatur ad bonum cōe hoc ipsum in ultima pre determinatōis ostendit. **C**irca quintū scz de diuisione legis humane. sciēdum q̄ unūquodq; potest p se diuidi h̄m id quod i eius ratōne cōtinet. sicut in ratōe aīalis cōtinet aīa que est rationalis uel irrational. & ideo aīal pprie & p

se diuidit in rationale & irrationale. non autem secundum album et nigrum. que sunt omnino preter rationem eius. sunt autem multa de ratione legis humane secundum quorum quodlibet lex humana proprie & per se diuidi potest. Est enim primo de ratione legis humane quod sit deriuata a lege nature. & secundum hoc diuidit ius posituum in ius gentium & in ius civile per duos modos quibus aliquid deriuatur a lege nature. sicut conclusiones ex principiis ut iuste occasiones uenditones & alia huiusmodi sine quibus homines ad inuicem conuiuere non possent quod est de lege nature. quia homo est naturaliter animal sociale ut probatur in primo politico. que uero deriuantur a lege nature per modum particularis determinationis pertinent ad ius civile. secundum quod quilibet ciuitas aliquid sibi accommodum determinat. Secundo est de ratione legis humane quod ordinem ad bonum commune ciuitatis. et secundum hoc lex humana diuidi potest secundum diuersitatem eorum qui specialiter dant operam ad bonum commune. sicut sacerdotes pro populo domini orantes. principes populum gubernantes & milites pro salute populi pugnantes. et ideo istis hominibus specialia quoddam iura aptantur. Tertio est de ratione legis humane ut instituat a gubernante communitate ciuitatis. & secundum hoc dicitur distinguuntur leges humane secundum diuersa regimina ciuitatum quorum unum secundum philosophum in libro politico est regimen. quando scilicet ciuitas gubernatur ab uno. et secundum hoc accipiuntur constitutiones principum. aliud uero regnum est aristocrachia id est principatus optimorum & optimatum & secundum hoc sumuntur responsa prudentum. et etiam senatus consulta. aliud regnum est oligoschia id est principatus paucorum diuicium & potentium. & secundum hoc sumuntur uisus pronuntiationum quod etiam honorarium dicitur. Aliud autem regnum est populi quod nominatur monarchia. & secundum hoc sumuntur plebiscita. Aliud est tyrannicum quod est omnino corruptum. unde ex hoc consumitur aliqua lex. Est etiam aliquod regnum ex istis mixtum. quod est optimum. & secundum hoc sumuntur lex quam maiores nati simul cum plebibus sanxerunt. ut ysidorus dicit. Quarto est de ratione legis humane quod sit directiua humanorum actuum. & secundum hoc secundum diuersa de quibus leges feruntur distinguuntur leges que interdum ab actibus nominantur. sicut distinguuntur lex nilia de adulteriis. lex cornelia de sicariis. & sic de aliis non propter actores sed propter res de quibus sunt.

**DE LEGE DIVINA. DIS. III.**

Emde considerandum est de lege diuina. Circa quam consideranda sunt duo. Primo de ipsa lege. Secundo de preceptis eius. Circa primum consideranda sunt sex. Primo utrum necessarium sit esse aliquam legem diuinam. Secundo utrum sit una tantum uel due. Tertium utrum sit bona. Quarto utrum fuit data a deo. Quinto utrum data fuit omnibus. & omnes obliget. Sexto utrum congruo tempore data fuit. Circa primum dicendum quod propter legem naturalem & legem humanam neces-

sarium fuit ad directum humane uite habere legem diuinam. & hoc propter quattuor rationes. Primo quidem quia per legem diriguntur homo ad actus proprios & ordinem ad ultimum finem. & si quidem homo ordinaretur tantum ad finem qui non excederet proportionem naturalis facultatis hominis non opereretur quod homo haberet aliquid directiuum ex parte rationis supra legem naturalem & legem humanam positam quam ab ea deriuat. sed quia homo ordinatur ad finem beatitudinis eterne que excedit proportionem naturalis facultatis humane. ideo necessarium fuit ut supra legem naturalem & humanam dirigeretur. etiam ad suum finem lege diuina instituta. Secundo quia propter incertitudinem humani iudicii precipue de rebus contingebat & particularibus corrigere de actibus humanis diuersorum esse diuersa iudicia. ex quibus etiam diuersae & contrarie leges procedunt. ut ergo homo absque omni dubitatione scire possit quid ei sit agendum & quid uitandum necessarium fuit ut in actibus propriis dirigeretur per legem diuinam datam. de qua constat quod nullo modo ualeat deuiare. Tertio quia de hiis potest homo legem ferre de quibus potest iudicare. Iudicium autem hominis esse non potest de interioribus motibus qui latent. sed solum de exterioribus actibus qui apparent. & tamen ad perfectionem uirtutis requiritur quod in utriusque actibus homo rectus existat. & ideo lex humana non potuit cohibere & ordinare sufficienter interiores actus. sed necessarium fuit quod ad hoc procederet lex diuina. Quarto quia sicut Augustinus dicit in primo de libro arbi. Lex humane non potest omnia que male fiunt punire uel prohibere. quia dum prohibere uel auferre uellet omnia mala. sequeretur quod etiam multa bona tollerentur. & impediretur utilitas boni communis quod est necessarium ad conseruationem humanam. ut ergo nullum malum prohiberetur & impunitum remaneat. necessarium fuit superuenire legem diuinam per quam peccata omnia prohibentur. & iste quattuor cause tangunt in primo ubi dicitur. lex domini immaculata id est nullam turpitudinem peccati permittens. conuertens aetas. quia non solum exteriorum actus. sed etiam interiores diriguntur. testimonium domini fidele propter certitudinem ueritatis & rectitudinis. sapientiam prestans puulis in quantum ordinat hominem ad supernaturalem finem & diuinum. Circa secundum scilicet utrum lex diuina sit una tantum. sciendum quod dupliciter inueniuntur aliqua distinguuntur. uno modo sicut ea que sunt omnino specie diuersa. ut equus & bos. alio modo sicut perfectum & imperfectum in eadem specie. sicut puer & uir. Et hoc modo lex diuina distinguuntur in legem ueterem et legem nouam. unde apostolus ad galatas libro tertio comparat statum ueteris legis statum puerili existenti sub pedagogo statum autem noue legis comparat statum uirili perfecti qui iam non est sub pedagogo. Attenditur autem perfectio & imperfectio utriusque legis secundum tria que ad legem pertinent. primo enim ad legem pertinet ut ordinem ad bonum commune sicut ad finem. quod quidem potest esse duplex. scilicet bonum sensibile & terrenum. & ad tale bonum ordinabat

directe lex uetus. unde statim exo. iii. i. principio legis inuitat ppls ad regnū terrenū cananeoz. & iterum bonū intelligibile & celeste. & ad hoc ordiat lex noua. Unde statim christus ad regnū celoꝝ in sue p̄dicatois principio inuitat dicens. penitentia agite appropinquabit regnū celoꝝ. Math. iiii. & ideo Aug. dicit in .iiii. contra faustū q̄ tēpōzaliū rerum p̄missi ones testamento ueteri continent. & ideo uetus appellat. sed eterne uite p̄missio ad nouū p̄met testamentū. Secundo ad legem p̄met dirigere humanos actus s̄m ordinē iusticie i quo etiā sup̄abundat lex noua legi ueteri. in teriozes actus anī ordinādo. s̄m illud Math. .v. nisi abundauerit iusticia uestra plus q̄ scribarum & phariseoz non intrabitis in regnū celoꝝ. & ideo dicit q̄ lex uetus cohibet manū lex noua aīm. Tertio ad legem p̄met inducē hoies ad obseruantias mandatoꝝ. & hoc q̄dē lex uetus faciebat timoze penarū. lex autē noua facit hoc p̄ amorem qui in cordibus nostris infundit p̄ gratiam christi. que in noua lege confert. sed i lege ueteri figurabat. & ideo dicit Aug. cōtra Adamantinū manichei discipulū. q̄ breuis est differētia legis & euangelii timoz et amor. **C**irca tertiū scz utrū lex uetus fuit bona. dicēdū q̄ absq̄ omni dubio lex uetus bona fuit. sicut em̄ doctrina ostēdit eē uera ex hoc q̄ cōsonat ratio recte. ita etiā lex aliqua ostēdit esse bona ex eo q̄ cōsonat rationi. lex autē uetus ratio consonabat qui a cōcupiscentiā rep̄imebat que ratio aduersat. ut patet in illo mādato. non cōcupisces rem p̄xi mi tui. quod ponit exo. xx. ipsa etiā lex omnia peccata phibeat que sunt cōtra ratios. Unde manifestum est q̄ bona erat. & hoc ratio apli ro. vii. clare ostendit. Condelectoz inquit legi s̄m interiozē hoiem. Et iterū cōsentio legi qm̄ bonum est. sed notādū q̄ bonū diuersos gradus habet. ut dionysius. iiii. ca. de di. no. dicit est em̄ aliquod bonū p̄fectū & aliquod bonū ip̄fectū. p̄fecta quidē bonitas est i hiis que ad finem ord manē. qm̄ aliquid est tale q̄ p se sufficiens est inducere ad finem. Imperfectū autē bonū est q̄ opatur aliquid ad hoc q̄ p̄ueiatur ad finē. non tñ sufficit ad hoc q̄ ad finē p̄ducatur. sicut medicina p̄fecte bona est q̄ hoies sanat. Imperfecta autē est que hoiem adiuuat. s̄ tamen sanare nō potest. Est autē sciendū q̄ alius est finis legis humane. & alius legis diuine. Legis em̄ humane finis est tēpōzalis trāquilitas ciuitatis. ad quē finem puenit lex cohibendo exterioroz actū quātum ad illa mala que possēt p̄turbare pacificū statum ciuitatis. finis autē legis diuine est p̄ducere hoiem ad finē felicitatis eterne. qui quidē finis impedit p̄ q̄d cūq̄ p̄ctm̄. & non solū p exterioroz actus. sed etiam p̄ teriozes. et ideo illud quod sufficit ad p̄fectionē legis humane. ut scz p̄ctā p̄hibeat & penam apponat nō sufficit ad p̄fectionē legis diuine. sed oportet q̄ hoiem totaliter faciat ydoneum ad p̄cipatōm felicitatis eterne.

Quod quidē fieri nō potest nisi per gratiam spiritus sancti. p̄ quā diffūdit caritas in cordibus nostris que legem adimplet. gratia em̄ oī uita eterna. ut dicit ro. vi. hanc autē gratiā lex uetus conferre non potuit. Reseruabat em̄ h̄ x̄p̄o. quia ut dicit Ioh. i. lex p̄ moysen data est gratia & ueritas p̄ ihesum x̄p̄m facta est. & idē est q̄ lex uet̄ bona quidē est. sed imperfecta s̄m illud hebze. vii. nihil ad p̄fectum adduxit lex. q̄ autē dicit dñs ezech. xx. Dedi eis p̄cepta non bona ut iudicia in quibus nō uiueret. loquitur ibi dñs de p̄ceptis cerimonialibus. que quidem dicunt non bona quia gratiam non conferebant p̄ quā hoies a peccato mūdarent cum tñ p̄ huiusmōi se peccatozes ostenderent. Unde signāter dicit. & iudicia in quibus non uiuēt. id est per que uitā gratie obtinere non possunt. Et postea subdit. & pollui eos in muneribus suis id est pollutos ostendi cum offerrent omne q̄ aperit uulū p̄pter delicta sua. Item q̄ dicit apls ro. vii. sine lege p̄ctm̄ q̄d tuum erat. Ego autē uiuebam sine lege aliqu. sed cum uenisset mādātū peccatū reuixit. ego autē mortuus sum. Et ro. v. lex subintrauit ut abundaret delictū. sed lex dicit occidisse. nō quidē effectiue sed occasionaliter ex sua ip̄sitione. inquantū scz grām nō s̄ferbat p̄ quā homies implere possent q̄d mandabat. uel uita re quod uetabat. et sic occasio ista non erat data sed sumpta ab hoibus. unde et apls ibidem dicit. occasione accepta p̄ctm̄ p̄ mādātū seduxit me. & per illud occidit. & ex hac etiā ratione dicit q̄ subintrauit ut abundaret delictū ut li ut teneat cōstitutue non causaliter. inquantū scz hoies accipientes occasione a lege abundantius peccauerūt. cum qz grauius fuit peccatum post legis phibitōem. tum etiā quia cōcupiscentia creuit. magis em̄ cōcupisimus q̄ nobis phibet. **C**irca quartū scz utrum lex uetus fuit data a deo qui est pater dñi nostri ihesu christi. lex em̄ uetus hoies ordinabat ad x̄p̄m dupliciter. vno modo testimoniū christo perhibendo. unde ipse dicit luce uli. Necessesse est impleri oīa que scripta sunt in lege. & psalmis & p̄phetis de me. Et Ioh. v. Si crederetis moysi crederetis forsitan & mihi. de me em̄ ille scripsit. alio modo p̄ modū cuiusdā dispositionis. dum detraheret hoies a cultu ydolatrie concludebat eos sub culeu unius dei a quo saluandū erat humanū genus p̄ x̄p̄m. unde apls dicit ad gal. iii. p̄iusquā ueniret fides sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem que reuelanda erat. Manifestum est autē q̄ eiusdē ē disponere ad finē & ad finem p̄ducere. & dico eiusdē p̄ se uel per suos subiectos. non em̄ dyabolus legem tulisset p̄ quā homines adducerent ad x̄p̄m per quē erat eiiciendus. s̄m illud Math. xii. Si sathanas sathanā eiicit diuisum ē regnū eius. & ideo ab eodem deo a quo facta est salus hoim̄ per gratiā christi lex uet̄ data est. Licet autē fuerit ip̄fecta simpliciter fuit tñ p̄fecta s̄m temp̄. sicut dicit aliquis



puer perfectus non simpliciter. sed secundū tē-  
poris cōditionem. ita etiā & p̄cepta que pue-  
ris danē. sunt quidam p̄fecta secundū cōditō-  
nem eorū quibus dantur. et si non sint p̄fecta  
simpliciter. & talia fuerūt p̄cepta legis. Vnde  
ap̄ls dicit ad gal. iiii. Lex pedagogus uester fu-  
it in xp̄o. Item opera dei que p̄fecta sunt sim-  
pliciter perseverant in eternū. lex autē uetus re-  
probatur tēpore p̄fectionis gratie. non tanq̄  
mala. sed tanq̄ infirma & inutilis p̄o tēpore  
isto. quia ut subdit nihil ad p̄fectum adduxit  
lex. vnde & ad gal. iiii. dicit ap̄ls. ubi uenit fi-  
des iam non sumus sub pedagogo. fuit auēz  
data a deo per angelos. Ad quod p̄ter genera-  
lem ratōem quā assignat. dyoni. v. ca. ce. ie. f.  
q̄ dīa referri debent ad hōines mediātibus an-  
gelis. fuit ratō specialis quare legem ueterem  
per āgelos dari oportuit. Dicitur ē em̄ q̄ lex  
uetus imperfecta erat. sed disponebat ad perfe-  
ctam salutē generis humani. que futura erat  
per xp̄m. Sic autē uidetur in omnibus potestati-  
bus & artib⁹ ordinatis. q̄ ille qui est superioz  
p̄ncipalem & p̄fectum actū operat̄ per seip̄m  
ea uero que disponunt ad p̄fectōem ultimā  
operat̄ per suos ministros. sic nauifactor cō-  
pagnat nauem per seip̄m. sed p̄parat mate-  
riam p̄ artifices subministrantes. & ideo cōue-  
niens fuit ut lex perfecta noui testamenti da-  
retur immediate p̄ ipsum deū hōiem factū.  
lex autē uetus per ministros dei. s. p̄ angelos  
daretur hominibus. et per hunc modum ap̄ls  
in p̄ncipio ad heb. p̄bat eminentiaz noue le-  
gis ad ueterem. quia in nouo testamento locu-  
tus est nobis deus in filio. **C**irca quintum  
scz utrū soli populo iudeoz dari debuit. possz  
etiā h̄m aliquos una ratio assignari quare po-  
tius pp̄lo iudeoz magis data sit q̄z aliis popu-  
lis. quia aliis ad ydolatriā declinātib⁹ solus  
populus iudeoz in cultu unius dei remansit.  
& ideo alii populi indigni erant legem recipe-  
re ne sanctū canibus daret̄. sed ista ratio que-  
niens nō uidet̄. quia pp̄ls ille etiā post legē  
latam ad ydolatriā declinauit. q̄ graui⁹ fuit  
ut patz exo. xxxii. & amos. v. Nunquid hosti-  
as & sacrificium obtulistis mihi in deserto q̄-  
dringenta annis domus israhel. & portastis ta-  
bernacula nioloth uestro & ymaginē ydoloꝝ  
uestroꝝ sec⁹ dei nr̄i que fecistis nobis. Exp̄sse  
etiā dicit̄ deus. ix. scito q̄ nō p̄pter iusticias  
tuas deus tuus dedit tibi terram hāc in pos-  
sessionē cum durissime ceruicis sit pp̄ls. sed rō  
ibi p̄mittitur ut cōpleret uerbū suū dñs quod  
sub iuramēto pollicitus est patrib⁹ tuis abza-  
ham ysaac & iacob. Que autē promissio eis sit  
facta ostendit ap̄ls ad gal. iiii. dicens. Abzabe  
dicte sunt p̄missiones & semini eius. non di-  
cit semibus quasi ex multis. sed q̄si in uno &  
semini tuo q̄ est xp̄s. deus iḡt̄ & legē et alia  
documenta specialia illi pp̄lo exhibuit p̄pter  
p̄missionē eorū patrib⁹ factaz. ut ex eis xp̄s  
nascereē dicebat em̄ ut pop̄ls ille ex quo chri-  
stus nasciturus erat quadā specialī sanctifica-

tione polleret. h̄m id quod dicitur leuiti. xix.  
sancti eritis quia ego sanctus sum. nec etiā  
fuit p̄pter meritū ipsius abzabe ut talis p̄mis-  
sio ei fieret. ut scz ch̄istus ex eius semine nasce-  
retur. sed ex grauitate electione. & uocatione  
vnde dicit̄ ysa. xli. q̄ suscitauit ab oziēte iustū  
uocabit eum ut sequeret̄ se. Sic ergo patet q̄  
ex sola grauitatis electione patres p̄missionē  
acceperūt. & pp̄ls ex eis p̄genitus legem acce-  
pit. h̄m illud deus. iiii. audistis uerbū illius de  
medio ignis quia dilexit patres. & elegit sem-  
eoz post illos. Si autē rursus q̄rat̄ quare hunc  
pp̄lm elegit. ut ex eo ch̄istus nascereē notatur  
cōueniens responsio Aug. quā dicit sup̄ Iob.  
quare hunc trahat et illum nō trahat. nolī uel-  
le diiudicare si non uis errare. decens tñ fuit  
q̄ ille pp̄ls de quo ch̄istus nasciturus erat ali-  
quas p̄ ceteris populis p̄rogatiuas haberet. se-  
cūdū illud ro. ix. quoz scz iudeoz est adoptio  
filioꝝ dei. & testimoniū & legislatio. quozuz  
patres ex quibus xp̄s ē h̄m carnem nec potest  
dici q̄ fuerit p̄sonarū acceptio apud deū quia  
p̄sonarū acceptio locum habet in hiis que ex de-  
bito danē. in hiis uero que ex gratuita uolun-  
tate cōferunt̄ acceptio p̄sonarū locum nō ha-  
bet. non em̄ est p̄sonarū acceptor qui ex libera-  
litate de suo dat uni & non alteri. sed si esset  
dispensator bonoz cōmū. & nō distribueret  
equaliter h̄m merita singuloꝝ esset p̄sonaruz  
acceptio. Salutaria autē beneficia de⁹ humano  
generi confert ex sua gratia. vnde non est p̄so-  
narū acceptio si quibusdā p̄ aliis cōferat. unde  
dicit Aug. in libro de p̄destinatione sanctoꝝ  
om̄s quos deus m̄ia docet. quos autē non do-  
cet iudicio non docet. hoc em̄ uenit ex damna-  
tione humani generis p̄ peccato p̄m̄i pentis  
**E**x p̄dictis apparet q̄ alie natiōes nō obligāt  
ad obseruantia legis ueteris. quia lex uet⁹ ma-  
nifestabat p̄cepta legis nature. & sup̄addebat  
quedam pp̄ria p̄cepta. quātū iḡt̄ ad illa que  
uetus lex cōtinebat de lege nature om̄s tene-  
bant ad obseruantia legis ueteri. si non qz erāt  
de ueteri lege. sed quia erant de lege nature. s̄z  
quātū ad illa que uetus lex sup̄addebat non  
tenebātur aliqui ad obseruantia ueteris legis  
nisi solus populus iudeoz. cuius ratio est. q̄a  
lex uetus sicut dictū est data ē populo iudeoz  
ut quadā p̄rogatiuam sanctitatis obtineret  
p̄pter reuerentiā xp̄i qui ex illo pp̄lo nasciturus  
erat. Quocūqz autē statuunt̄ ad specialem ali-  
quoz sanctificatōm nō obligant nisi illos sic  
ad quedā obligant̄ clerici qui mancipant̄ di-  
uino misterio ad que layci non obligant̄. s̄z  
etiam & religiosi ad quedā p̄fectionis opa ob-  
ligant̄ ex sua p̄fessione ad que seculares non  
obligant̄ ex sua p̄fessione. similiter ad quedā  
specialia obligat̄ populus ille ad que alii popu-  
li non obligabant̄. vnde dicit̄ deus. xviii. p̄fe-  
ctus eris & absqz macula cum dño deo tuo. et  
p̄pter hoc etiam quadā p̄fessione utebant̄. ut  
patet deus. xxvi. p̄fiteoz hodie coram dño deo  
tuo &c. nec ex hoc deterioris cōditionis erant

iudei p̄te ceteris populis ex hoc q̄ ad obseruā-  
tiam legis astricti erāt. & nota q̄a quanto hō  
deo magis coniungit̄. tāto efficit̄ melioris cō-  
ditionis. & ideo q̄ populus iudeoz̄ erat astri-  
ctus magis ad diuinū cultū dignior aliis po-  
pulis erat. vnde dicit̄. deut̄. iiii. que ē alia gēs  
sic inclita ut habeat cerimonias. iusta iudicia  
atq̄ uniuersam legem. Et similiter etiā quātū  
ad hoc sunt melioris cōditionis clerici q̄ layci.  
& religiosi q̄ seculares. Admittebant̄ autē gē-  
tiles ad ritum iudeoz̄. sicut patet exo. xii. Si  
quis peregrinoz̄ in nr̄am uoluerit trāsire co-  
loniaz̄ & facere uasa dñi circūcidet̄ prius omne  
masculinū eius. & tūc rite celebrabit̄. eritq̄ sic  
indigena terre. Admittebant̄ inq̄ nō q̄ sine  
lege saluari non possent. uel quia ad legis ob-  
seruantia tenerent̄. sed perfectius & securius  
salutem cōsequerent̄ sub obseruatiōis legis q̄  
sub sola lege naturali. & ideo ad eas admitte-  
bant̄. sicut & nunc layci transeunt ad clericat-  
um. & seculares ad religionē. q̄uis absq̄ hoc  
possint saluari. **C**irca sextum sc̄z utrum  
congruo tēpore data fuerit. sciendū q̄ cōueni-  
entissime data fuit tpe moysi. cuius ratio pot̄  
accipi ex duobus h̄m q̄ quelibet lex duob⁹ ge-  
nerib⁹ hōim ipōit̄. ipōit̄ em̄ q̄busdā duris &  
supbis. qui p̄ legem cōpescunt̄ et domant̄. Im-  
ponit̄ etiam bonis qui p̄ legem instructi adiu-  
uantur adimplendū q̄ intendunt. Cōueniēs  
igit̄ fuit legem ueterem tali tpe dari ad super-  
biam hōim cōuincendā. de duobus em̄ homo  
supbiebat sc̄z de scientia & de potentia. de sciē-  
tia quidem quasi natio naturalis ei posset suf-  
ficere ad salutē. & ideo ut de hoc supbia eius  
cōuiceret̄ p̄missus est hō regimī sue rōis abs-  
q̄ adminiculo legis scripte. & experimento  
homo dicere potuit. quia patiebat̄ ratiōis defe-  
ctū p̄ hoc q̄ hoīes ad ydolatriā & turpissima  
uitia circa tēpora abzabe p̄lapsi sunt. & ideo  
post hec tpa necessariū fuit legem scriptā dari  
in remedium humane ignozantie. quia per le-  
gem est cognitio peccati. ut dicit̄ ro. v. s̄ post-  
q̄z homo est instructus p̄ legem uicta est ei⁹  
supbia de infirmitate dum implere n̄ poterat  
quod cognoscebat. Et ideo sicut apls̄ cōcludit  
ro. viii. q̄ impossibile erat legi in qua infirma-  
batur per carnē misit deus filium suū ut iusti-  
ficatio legis impleret̄ in nobis. ex p̄te uero beato-  
rum lex data est in auxiliū. Quod quidez tūc  
p̄imo maxime necessariū fuit q̄ lex natural̄  
obturari incipiebat p̄pter exuberantiā p̄ctōz̄  
opoztebat autē huiusmōi auxiliū quodammodo  
uel ordīne dari ut p̄ imperfecta ad p̄fectōzem  
uiam duceret̄. & ideo inter legem nature &  
legem gratie opoztuit legē ueterem dari.

#### DE PRECEPTIS LEGIS. DIS. V.

**Q**uando considerandū est de p̄ceptis  
legis. & p̄mo de distīctione p̄ce-  
ptoz̄. Secundo de moralibus specia-  
liter. **C**irca p̄imum p̄mo consi-  
derandū est utrū ueteris legis fuerūt plura p̄-  
cepta. Secūdo quot habuerit p̄cepta moralia.

Tertō quot habuerit p̄cepta cerimonialia. Quar-  
to quot iudicialia. **C**irca p̄mū sciendū  
q̄ p̄ceptum legis cum sit obligatoriū est de ali-  
quo quod fieri debet. **Q** autē aliqd̄ debeat fie-  
ri hoc p̄uenit ex necessitate alicuius finis. vñ  
manifestū est q̄ de ratione p̄cepti est q̄ ipoz̄z  
ordīnem ad finē. inquantū sc̄z illud p̄cipit̄  
quod est necessariū uel expediens ad finē. Cō-  
tingit autē ad unū finem mltā esse necessaria  
uel expediētia. sed secundū hoc possūt de diu-  
sis rebus dari p̄cepta. inquantū ordīnant̄ ad  
unum finem. Vnde dicendū q̄ omnia p̄cepta  
legis ueteris sunt unū h̄m ordīne ad unum fi-  
nem. sunt tñ mltā h̄m diuersitatē eoz̄ que or-  
dīnant̄ ad finem illū. lex igit̄ que una est p̄-  
pter ordīnē ad finem unum diuersa p̄cepta cō-  
tinet h̄m distīctōem eoz̄ que ordīnat̄ in finē.  
**S**icut etiā ars edificatiua est una h̄m unitatē  
finis. quia tendit ad edificatiōem domus tam̄  
continet̄ diuersa p̄cepta h̄m diuersos actus  
ad hoc ordīatos. Similiter & p̄cepta sicut ait  
**Greg.** p̄cepta dominica & multa sunt & unū  
Multa p̄ diuersitatē operis. Vñ in radice di-  
lectionis. quia sicut dicit apls̄. i. thi. i. finis p̄ce-  
pti ē caritas. ad hoc em̄ oīs lex tēdit. ut ami-  
ciciam constituat uel hōim adinuicem ul' hōis  
ad deū. & ideo tota lex implet̄ in hoc uno mā-  
dato diliges p̄ximū tuū sicut teipsum. Sicut  
in quodam fine mandatoz̄ oīm. in dilectōne  
em̄ p̄ximī icludit̄ etiā dei dilectio q̄ p̄xim⁹  
diligit̄ p̄pter deū. vnde hic apls̄ vnus p̄ceptūz̄  
posuit p̄ duobus que sunt de dilectōne dei &  
p̄ximī. de quibus dñs dicit **Mat̄h. xxii.** In hiis  
duobus mandatis pendet oīs lex & p̄phete.  
**I**tem **Mat̄h. vii.** dicit̄ omnia quecūq̄ uultis ut  
faciant uobis hoīes & uos facite illis. hoc em̄  
est lex & p̄phete. in hoc igit̄ uno omnia conti-  
nent̄. quia sicut dicit̄. ix. echi. amabilia que  
sunt ad alterū ueniūt ex amabiliibus q̄ sunt  
hoī ad seipsum. dum sc̄z hō ita se habet ad alte-  
rum sicut ad se. & ideo in hoc q̄ dicit̄. oīa que  
cūq̄z uultis ut faciant uobis hoīes & uos fa-  
cite illis explicat̄ quedam regula dilectōis p̄-  
ximī. que etiā implicite continet̄ in hoc q̄ dici-  
tur. diliges p̄ximū tuum sicut teipm. vñ est  
quedā explicatio istius mandati. **C**irca se-  
cundum sciendū q̄ lex uetus continebat que-  
dam p̄cepta moralia. sicut patet exo. xx. nō oc-  
cides. nō furtū facies. et hoc rationabiliter. nā  
sicut intentio p̄ncipalis legis humane est. ut  
faciat amicitia hōim adinuicem. ita intentō le-  
gis diuine est ut constituat p̄ncipaliter ami-  
citiā hoīs ad deū. cum autē similitudo sit ratio  
amoris. h̄m illud ec̄. xiiii. omne aīal diligit̄ simi-  
le sibi. ip̄ossibile est esse amicitia hoīs ad deum  
qui est optimus nisi hoīes boni efficiant̄. Vñ  
dicit̄ leui. xix. sancti eritis q̄m ego sanct⁹ sū.  
bonitas autē hoīs est uirtus que bonū facit ha-  
bentē. & ideo opoztuit p̄cepta legis ueteris &  
de actibus uirtutū dari. & hec sunt moralia  
legis p̄cepta. **C**irca tertiū sciendū q̄ lex ue-  
tus continebat etiā quedā p̄cepta cerimonialia.

Ad cuius euidēciam notandum q̄ sicut dictū est lex diuina principaliter instituit ad ordinandum hoīes ad deū. lex autē humana principaliter ad ordinandum hoīes adinuicem. & ideo leges humane nō curauerūt aliquid instituire de cultu diuino nisi ī ordine ad bonū cōmune hoīm. & ppter hoc multa confixerūt circa res diuinas. s̄m q̄ uidebat̄ eis expediens ad īformandos mores hoīm. sicut patet ī ritu gētilium. sed lex diuina ecōuerso hoīes adinuicē ordinauit. s̄m q̄ conueniebat ordinī qui est ī deum. quē principaliter intēdebat. Ordinat̄ autē homo ī deū nō solum p̄ interiorēs act̄s mēt̄is qui sunt credere. sperare. & amare. sed etiam p̄ quedam exteriora opa quibus homo diuinam seruitutē p̄ficetur. & ista opa dicuntur ad cultum dei p̄tinere. qui quidē cultus ceremonialis uocatur. quasi munia id est dona ceremonis. que dicebat̄ dea frugum. ut quidā dicunt eo q̄ primo ex frugib⁹ oblatōes deo ferebant̄. Siue ut maxim⁹ ualerius refert nomē ceremonie introductū est ad signandum cultū diuinum apud latinos a quodā opido iuxta romā qd̄ cere uocabatur. eo q̄ roma capta a gallis illuc sacra romanoꝝ ablata sunt & reuerēssime habita. Sic igitur illa pcepta que ī lege p̄tinet ad cultum dei specialiter ceremonialia dicuntur. Pcepta em̄ legis nature quia cōmunia sunt indigēt determinatōe. determinant̄ autē per legem humanā. & per legem diuinā. & sicut ipse determinatōes que fiunt per legē humanā nō dicunt̄ esse de lege nature sed de iure positio. ita ipse determinatōes pceptoꝝ legis nature que fiunt p̄ legem diuinā distinguuntur a pceptis moralibus que p̄tinent ad legem nature. Colere ergo deū cū sit actus uirtutis p̄tinet ad pceptum morale. sed determinatio hui⁹ pcepti. ut sc̄z colatur talibus hostiis & talibus muneribus hoc p̄tinet ad pcepta ceremonialia. & ideo pcepta ceremonialia distinguunt̄ a pceptis moralibus. **C**irca quartū sciendū q̄ lex uetus cōtinebat etiam quedā pcepta iudicialia. quia sicut dictū est ad legem diuinam p̄tinet ut ordinet hoīes adinuicē. & ad deum. uerūq̄ autē hōꝝ ī cōmuni quidē prim⁹ ad dictamē legis nature ad quod referūt moralia pcepta. sed oportet q̄ determinet̄ utrūq̄ p̄ legem diuinā & humanam. quia p̄incipia naturaliter nota sunt cōia tā ī speculatiuis q̄ ī actiuis. Sicut igit̄ determinatō cōmunis pcepti de cultu diuino fit per pcepta ceremonialia. sic etiam determinatio cōis pcepti de iustitia obseruanda inter hoīes determinatū p̄ pcepta iudicialia. & s̄m hoc oportet tria pcepta legis ueteris ponere sc̄z moralia que sunt de dictamine legis nature. ceremonialia que sūt de determinatōes cultus diuini. & iudicialia que sūt de determinatōes iusticie inter hoīes obseruāde. Vnde cū ap̄ls ro. vii. dixisset q̄ lex ē sancta. subiungit q̄ mandatū est iustū & sanctū & bonum. iustū quidē quantū ad iudicialia. sanctū quantū ad ceremonialia. nam sanctus

dicūt quod est deo dicatū. bonū id est honestū quantū ad moralia. Et nota q̄ pcepta iudicialia ī aliquo cōicant cum moralibus. inquantū sc̄z a ratione deriuant̄ ī aliquo cū ceremoniis libus. inquantū sc̄z sunt qdā determinatōes cōmuniū pceptoꝝ. & ideo quāq̄ sub iudiciis comprehendunt̄ pcepta moralia & iudicialia. Sic deus. v. audi israhel ceremonias atq̄ iudicia. Quandoq̄ uero iudicialia & ceremonialia. sic leui. xviii. facietis iudicia mea. & pcepta mea seruabitis ut pcepta ad moralia referant̄. iudicia uero ad iudicialia & ceremonialia. Item nota q̄ actus iusticie ī generali p̄tinet ad pcepta moralia. sed determinatio eius ī speciali p̄tinet ad pcepta iudicialia. Nec ergo tria genera pceptoꝝ principaliter cōtinebant̄ ī lege sicut dicitur deus. vi. hec sunt pcepta ceremonie atq̄ iudicia que mādauit ad nos deus. & ideo ponunt̄ ī p̄ncipio legis. sed p̄ter hec etiam quedā alia cōtinebant̄ ī lege em̄ ponunt̄ aliqua tanq̄ pcepta. aliq̄ uero tanq̄ ad pceptoꝝ ad impletōem ordinata. pcepta quidē sūt de his que sūt agenda. ad quōꝝ impletōem ex duobus homo inducitur sc̄z ex auctoritate p̄cipientis. & ex utilitate impletionis. que quidē est cōsequutio alicuius boni utilis delectabilis. uel honesti. aut fuga alicuius mali contrarii. Oportuit igit̄ ī ueteri lege p̄poni quedā que auctoritate dei p̄cipientis indicaret̄. sicut illud deus. vi. audi israhel. dñs deus tuus deus un⁹ est. Et illud gen. i. In p̄ncipio creauit deus celum & terram. & huiusmodi dicunt̄ testimoia. Oportuit etiam q̄ ī lege p̄ponerēt̄ quedā p̄mia obseruantū legē et pene trāsgrediētū. ut pat̄ deus. xxviii. Si audieris uocē dñi dei tui. faciet te excellentiorē cunctis gentibus &c. & huiusmodi dicunt̄ iustificatōes s̄m q̄ deus aliquos iuste punit uel p̄miat. ipsa autē agenda s̄b pcepto nō cadūt nisi inquantū habent aliq̄s debiti rōm. Est autē duplex debitū. unū quidē s̄m regulam ratiois. aliud autē s̄m regulam legis determinatis. sicut p̄ls ī. viii. ethi. distinguunt duplex iustū sc̄z morale & legale. Debitum autē morale est duplex. dicit̄ em̄ ratio aliquid faciendū uel tanq̄ necessariū sine quo nō pot̄ esse ordo uirtutis. uel tanq̄ utile hoc q̄ ordo uirtutis melius cōseruet̄. & s̄m hoc quedā moralū p̄cise p̄cipiunt̄ uel p̄hibentur ī lege. sicut non occides. non furtū facies. & hec p̄p̄ia dicunt̄ pcepta. Quedam uero p̄cipiuntur uel p̄hibent̄ non quasi p̄cise debita sed p̄pter melius. & ista possunt dici mādata quia quandā inductōm habent & p̄suasione. sicut illud exo. xxii. Si prim⁹ acceperis uestimentū a pximo tuo ante solis occasum reddas ei. & aliqua similia. Vnde Iero. dicit q̄ ī pceptis ē iustitia. ī mādatis uero caritas. debitū autē ex determinatōe legis ī rebus quidē humanis p̄tinet ad iudicialia. ī rebus autē diuinis ad ceremonialia. quāuis etiam ea que p̄tinent ad penā uel p̄mia dici possunt testimoia. inquantū sūt protestatōes quedam diuine iusticie. omnia

vero pcepta legis dici possunt iustificatōes. inquantū scz sunt quedā exequutōnes legalis iustitie. Possunt etiā aliter mandata a pceptis distigui. ut pcepta dicatur. que deus p seipm iussit. mādata autē q̄ per alios mādavit. ut ipsum nomē sonare uidetur. Ex quibus omib⁹ apparet q̄ omnia legis pcepta cōtinēt sub mozalibus cerimoialib⁹ & iudicialib⁹. Alia uero nō habēt rationē pceptorū. sed ordīnātur ad pceptorum obseruationem ut dictum est.

**DE MORALIBVS PCEPTIS.  
DISTINCTIO. SEXTA**

**D**Einde considerādū est de mozalib⁹ pceptis. circa q̄ declaranda sunt. xii. Primo utrū omnia pcepta mozalia ueteris legis sint de lege nature. Secūdo utrū pcepta mozalia ueteris legis sint de actibus omniū uirtutū. Tertio utrū omnia pcepta mozalia ueteris legis reducātur ad decem pcepta decalogi. Quarto de distinctiōe pceptorū decalogi. Quinto de numero eorum. Sexto de ordīne. Septio de modo tradēdi ipsa. Octauo utrū sint dispēabilia. Nono utrū modus obseruādī uirtutē cadat sub pcepto. Decio utrū modus caritatis cadat sub pcepto. Undecio de distinctiōe aliozū pceptorū mozalium. Duodecio utrū pcepta mozalia ueteris legis iustificēt. **C**irca primū sciēdū q̄ pcepta mozalia a cerimoialibus et iudicialibus distincta sūt de illis que sūt se ad bonos mozes p̄tinent. Cum autē humani mozes dicantē in ordīne ad ratōem quod est p̄cipium p̄cipium humanoꝝ actuū. illi mozes dicuntē boni q̄ rōi congruunt. mali autē qui a ratione discōrdāt. Sicut autē omne iudiciū ratōis speculatiue procedit a naturali cognitiōe p̄mōzū p̄cipioꝝ. ita etiam omne iudiciū ratōis p̄actice p̄cedit ex quibusdā p̄cipiis naturaliter cognitis. ex quibus diuersimode p̄cedi potest ad iudicandū de diuersis. quedā em̄ sunt in humaīs actib⁹ adeo explicita q̄ statim cū modica cōsideratiōe possunt approbari uel reprobari p̄ illa cōia & p̄cipia p̄cipia. quedā uero sunt ad quozū iudiciū requirēt multa cōsideratiōe diuersarūz circūstantiarū quas cōsiderare diligētē non ē cuiuslibet sed sapientū. sicut cōsiderare p̄cūlares cōclusiones scientiarū nō p̄tinet ad om̄s. sed ad solos p̄hos. quedā uero sunt ad que diiudicanda indiget homo adiuuari p̄ institutiōnem diuinā sicut est circa credenda. Sic igit̄ patet q̄ cū mozalia pcepta sint de hiis que p̄tinent ad bonos mozes. hec autē sunt que ratōi congruūt. Omne autē humane ratōis iudiciūz aliquāliter a naturali ratione deriuat̄. necesse est q̄ oīa pcepta mozalia p̄tineant ad legē nature. Sed diuersimode. quedā em̄ sunt que statim p̄ se ratio naturalis hoīs diiudicat esse faciēda uel non faciēda. sicut honora patrē tuū & matrem tuā. Et non occides. Et nō furtū facies. & huiusmodi sunt absolute de lege nature. Quedā uero sunt que subtilioꝝ cōditōe rationis a sapiētibus iudicantē esse obseruan-

da. & ista sic sūt de lege nature ut tñ idigeāt disciplina qua minores a sapiētioribus instruuntur. sicut illud. coram cano capite cōsurge. Et honora psonā senis. & huiusmodi. Quedā uero sunt ad que iudicāda ratio humana idiget instructōe diuina p̄ quā erudimur de diuinis. Sicut est illud. nō facies tibi sculptile. neq̄ om̄em similitudinē. non assumes nomē dei tui inuanū. **C**irca secūdū scz utrū omnia pcepta legis sint de actibus oīm uirtutū. Sciēdum q̄ cum pcepta legis ordīnent̄ ad bonū cōe. necesse est q̄ pcepta legis diuersificentur secūdū diuersos modos cōitātū. vnde p̄hs ī sua politica docet q̄ alias leges oportz statuere in ciuitate que regit̄ rege & alias in ea que regitur p̄ populum uel p̄ aliquos potentes de ciuitate. Est autē alius modus cōitātis ad quē ordīnat̄ lex diuina. & ad quē ordīnat̄ lex humana. Lex em̄ humana ordīnat̄ ad cōitatem ciuilem que est hoīm adinuicē per exteriores act⁹ quibus hoīs sibi inuicē cōmunicant. hmoī autē cōmunicatio p̄tinet ad ratōem iustitie que est p̄prie directiua cōitātis humane. & ideo lex humana nō p̄ponit pcepta nisi de actib⁹ iustitie. & si p̄cipiat actus aliarū uirtutū. hoc non est nisi inquantū assumūt ratōem iustitie ut patz p̄ p̄hm in. v. eth. Sed cōitas ad quā ordīnat̄ lex diuina est hoīm ad deum uel in presenti uel in futura uita. & ideo lex diuina pcepta p̄ponit de omnibus illis p̄ que hoīs bene ordīnent̄ ad cōitacionē cum deo. homo autē deo cōiungit̄ ratōe siue mente in qua est ymago dei. & ideo lex diuina pcepta p̄ponit de omnibus illis p̄ que ratio hoīs est bñ ordīmata. hec autē cōtingit̄ p̄ actus oīm uirtutū. nam uirtutes intellectuales ordīnant bene actus ratōis in seipsis. uirtutes autē mozales ordīnant bene actus ratōis circa interiores passiones & exteriores opationes. & ideo manifestū est q̄ lex diuina cōuenienter p̄ponit pcepta de actibus oīm uirtutū. ita tñ q̄ quedā illoꝝ. sine quib⁹ ordo uirtutis que est ordo ratōis obseruari nō potest. cadūt sub obligatiōe pcepti. quedā uero que sunt de bene esse uirtutis p̄fecte cadūt sub ammonitiōe consilii. **C**irca tertū scz utrū oīa pcepta mozalia ueteris legis reducuntur ad decem pcepta decalogi. sciēdūz q̄ pcepta decalogi ab aliis pceptis legis differūt ī hoc q̄ pcepta decalogi p̄ seipm dñs dicit̄ populo p̄posuisse. alia uero pcepta p̄posuit per moysen. Illa ergo pcepta ad decalogum p̄tinent quozū noticiā homo habz p̄ seipm a deo huiusmodi uero sunt illa scz que statim ex p̄cipiis cōmunicibus p̄mōis cognosci possunt modica cōsideratiōe. & iterū illa que statim ex fide diuinitus īfusa īnotescunt. Inter pcepta ergo decalogi nō computant̄ duo genera pceptorū. illa scz que sunt p̄cipia & cōia. quozū nō oportet aliam inquisitiōem esse nisi q̄ sunt scripta in ratōe naturali. q̄si per se nota. sicut q̄ nulli debet homo malefacere. & alia huiusmodi. Item illa que p̄ diligentem inquisitiōem

sapientum inueniuntur rationi cōuenire. hec enim proueniunt a deo ad populū mediante disciplina sapientū. Vtraque tñ horū pceptoꝝ cōtinent in preceptis decalogi. sed diuersimode. Nam illa que sunt prima & cōia continent in his sicut principia in cōclusionibus pximis. illa uero que per sapientes cognoscunt continentur in eis eōuerso. sicut cōclusiones in pncipiis. illa uero duo pcepta diliges dñm deum tuū. Et diliges pximum tuū sunt prima et cōmunia pcepta legis nature que sunt p se nota rationi humane. uel p naturā. uel per fidem. Et ideo omnia precepta decalogi ad illa duo referunt sicut cōclusiones ad principia cōmunia.

**C**irca quartū scz de distinctione pceptoꝝ decalogi. sciēdū qd pcepta decalogi diuersimode a diuersis distinguunt. Esichius em̄. leuiti. .xxvi. super illud decem mulieres in uno clibano coquunt panes dicit. pceptum de obseruatione sabbati non esse de decem pceptis decalogi. quia non est obseruandū s̄m litteram secundum omne tempus. distinguit tñ quattuor pcepta pntētia ad deum. ut primum sit. ego sum dominus deus tuus. Secundū sit. nō habebis deos alienos coram me. & sic etia; distinguit hec duo Iero. Osee. x. sup illud ppter duas iniquitates tuas. Tertium uero pceptus esse dicit. non facies tibi sculptrile. Quartū uero non assumes nomen dei tui iuanum. Per pntētia uero ad pximum. dicit esse sex ut primum sit honora patrem tuū & matrem tuā. Secundum. non occides. Tertium. non mechaberis. Quartū. non furtum facies. Quintum non falsum testimoniū dices. Sextum. nō concupisces. Sed primo hoc uidet̄ incōueniens qd pceptū de obseruatione sabbati pceptis decalogi interponat. si nullo modo ad decalogū pertineat. Secūdo quia cū scriptus sit Math. vii. Nemo potest duobus dñis seruire eiusdē rōis esse uidet̄. & sub eodem pcepto cadere. ego sū dñs deus tuus. & non habebis deos alienos. Vnde origē. distinguēs etiā quattuor pcepta ordmātia ad deū ponit ista duo p uno pcepto. Secundū non ponit. nō facies tibi sculptrile. Tertium non assumes nomē dei tui iuanum. Quartū memēto ut diem sabbati sanctifices. alia uero sex ponit ut esichius. sed qz facē sculptrile ul' similitudinē non est phibitū. nisi s̄m hoc ut non colant̄ p diis. nam & in tabernaculo deus p̄cipit fieri ymaginē seraphim. ut habet̄ exo. xxv. cōuenientius autē ponit Aug. sub uno pcepto. non habebis deos alienos. & nō facies sculptrile. Similiter etiā concupiscētia uxoris aliene ad cōmixtionē p̄met ad concupiscētia carnis. concupiscētia autē aliarum rerum que desiderant̄ ad possidendū p̄met ad concupiscētia oculoꝝ. vnde etiā Aug. ponit duo pcepta de nō concupiscendo rem alienam & uxorem alienā. & sic ponit tria pcepta in ordine ad deū & septē in ordine ad pximū. & hoc melius est.

**C**irca quintū scz de numero pceptoꝝ decalogi. dicēdū qd sicut

dictū est sicut pcepta legis humane ordmātia boiem ad cōitatem humanā. ita pcepta legis diuine ordmātia boiem ad quādā cōitatem seu rempublicam hoīnum sub deo. absq; autē hoc qd aliquis in aliqua cōitate bene cōmozet̄ duo requirunt. quoz primū est ut bene se habeat ad eum qui p̄est cōitari. aliud autē est ut bene se habeat ad alios cōitatis & socios & cōp̄ticipes. Oportet igit̄ qd in lege diuina primo feratur quedam pcepta ordmātia boiem ad deū. & quedā alia ordmātia ad alios pximos s̄m cōiuentes cum deo. Principi autē cōitatis tria debet homo. Primo quidē fidelitatē. Secūdo reuerentiā. Tertio famulatū. Fidelitas quidē ad dñm in hoc cōsistit ut honorem p̄ncipat̄ ad alium non deferat. & quantū ad hoc accipitur primū pceptū. cum dicē nō habebis deos alienos. reuerentiā autē ad dñm requirit̄. ut nihil iniuriosum in eum cōmittat̄. & quantum ad hoc accipit̄ s̄m pceptū quod est. nō assumes nomē dei tui iuanū. famulatus autē debet̄ dño in recōpensatōe beneficioꝝ que ab ipso p̄cipiunt subditi. & ad hoc p̄met tertium pceptum quod est de sanctificatōe sabbati. in memoria creatiōis rerū. ad pximos autē aliqs bene se habet & specialiter & generaliter. Specialiter quidē quātū ad illos quoz est debitoꝝ ut eis debitū reddat. & quantū ad hoc accipit̄ pceptum de honozatōe parentū. Generalit̄ autem quantū ad om̄s ut nulli nocuētū inferatur. nec ope. nec ore. nec corde. Opere quidē infer̄ nocuētū pximo. qñq; quidē in p̄sonam p̄p̄ia quantū ad consistentiā scz p̄sonē. & hoc phibet̄ p hoc qd dicē. nō occides. quādoq; aut̄ in p̄sonam cōiunctā quātū ad propagationē pl̄is. & hoc phibet̄ cum dicē. non mechaberis. quādoq; aut̄ in rem possessam que ordmātia ad utrūq; & quantū ad hoc dicē. nō furtum facies. Nocuētū autē oris phibetur. cum dicē. non loquaris contra pximū tuum falsum testimoniū. Nocuētū autē cordis p̄hibet̄ cum dicē. nō concupisces. & s̄m hāc differentiā possent distinguī tria pcepta ordmātia in de. uquoꝝ primū p̄met ad opus. vnde ibi dicē. non facies sculptrile. Secundū ad os. vnde ibi dicē. non assumes nomē dei tui iuanum. Tertium p̄met ad cor. quia in sanctificatione sabbati s̄m qd est morale pceptum p̄cipit̄ quies cordis in deū. uel s̄m Augustinū. p primum pceptum reueremur unitatē p̄mi p̄ncipii. p secundū ueritatē diuinā. per tertium eius bonitatē qua sanctificamur & in q̄ quiescimus sicut in finē. Sciendū autē qd non fuit dandū pceptum de dilectōe hoīs ad seipm duplici ratōe. primo quia pcepta decalogi referuntur ad pcepta dilectionis. Fuit autē dandū pceptum hoī de dilectōe dei & pximi. quia quātū ad hoc lex naturalis obscurata erat ppter p̄ctm. non autē quantū ad dilectōm suiipsi. quia quantū ad hoc lex naturalis uigebat. uel quia etiā dilectio suiipsius includit̄ in dilectōe oī & proximi. In hoc em̄ homo uere se diligit

quod se ordinat in deum. & ideo etiam in preceptis decalogi ponuntur solum precepta pertinentia ad proximum vel ad deum. Aliter potest dici quod precepta decalogi sunt illa que immediate populus accipit a deo. unde dicitur deus .x. Scripsit in tabulis iuxta id quod prius scripserat decem uerba. quod locutus est ad nos dominus. unde oportet precepta decalogi alia esse que statim in mente populi cadere possunt. preceptum autem habet rationem debiti. Quod autem homo ex necessitate aliquid debeat deo vel proximo. hoc defacili cadere potest in conceptione hominis & precipue fidelis. sed quod aliquid ex necessitate sit debitum homini de hiis que pertinent ad seipsum etiam non ad alium. hoc non ita impromptu apparet. videtur enim primo aspectu quod quilibet sit liber in hiis que ad ipsum pertinent. & ideo precepta quibus prohibentur inordinaciones hominis ad seipsum pueniunt ad populum mediante instructione sapientium. unde non pertinent ad decalogum. Item sciendum quod de obseruatione aliarum solennitatum non fuit dandum preceptum inter precepta decalogi sicut de obseruatione sabbati. quia omnes solennitates ueteris legis sunt institute in commemoratione alicuius diuini beneficii vel preteriti commemorati. uel futuri prefigurati. & similitudine propter hoc omnia sacrificia offerebantur. Inter autem omnia beneficia dei commemoranda primum & precipuum erat beneficium creatiois. quod commemoratur in sanctificatione sabbati. unde exo. xx. pro ratione huius precepti ponitur. sex enim diebus fecit deus celum & terram &c. Inter omnia autem futura beneficia que erant prefiguranda precipuum & finale erat quies mentis in deo uel in presentia per gratiam uel in futuro per gloriam. que etiam figuratur per obseruantiam sabbati. unde dicitur ysa. lviii. si auerteris a sabbato pedem tuum uocaberis sabbatum domini delicatum. & sanctus domini gloriosus. hec enim beneficia primo & precipue liter sunt in mente hominum maxime fidelium. Alie uero solennitates celebrantur propter aliqua particularia beneficia temporaliter transeuntia. sicut celebratio pharaonis propter beneficium publicum liberationis in egypto. & propter futuram passionem christi que temporaliter transiit. inducens nos in quietem sabbati spiritualis. Et ideo premissis omnibus aliis solennitatibus et sacrificiis de solo sabbato fiebat mentio inter precepta decalogi. Item iurium prohibetur inter precepta decalogi. non autem blasphemie uel false doctrine preceptum. quia sicut dicit apostolus hebr. vi. homines per maiores sui iurant. & omnis controuersie eorum finis ad confirmationem est iuramentum. & ideo quod iuramentum omnibus est commune. propter hoc prohibito inordinacionis circa iuramentum specialiter precepto decalogi prohibetur. Peccatum enim false doctrine non premit nisi ad paucos. unde non oportebat ut de hoc fieret mentio inter precepta decalogi. quod uis etiam quantum ad aliquem intellectum in hoc quod dicitur. non assumes nomen dei tui in uanum prohibetur falsitas doctrine. una enim glossa exponit. non dices christum esse creaturam. Item sicut homo naturaliter dilectionem habet ad parentes ita

ad filios. preceptum etiam caritatis ad omnes extenditur. & precepta prohibentia non continentur inferre proximo generaliter extenduntur ad omnes. Cuius ratio est quia ratio naturalis non statim dicitur quod aliquid sit pro alio faciendum nisi cui homo aliquid debet. Debitum autem filii ad patrem a deo est manifestum quod nulla tergiversacione potest negari. eo quod pater est principium generacionis & esse & insuper educacionis & doctrine. Et ideo non ponitur sub precepto decalogi ut aliquod beneficium uel obsequium alicui impendatur nisi parentibus. parentes autem non uidentur esse debitores filiis propter aliqua beneficia suscepta. sed potius e contrario. filius etiam est aliquid patris. et patres amant filios ut aliquid ipsorum. sicut dicit psalmus. viii. ethi. unde eisdem rationibus non ponuntur aliqua precepta decalogi pertinentia ad amorem filiorum. sicut neque etiam aliqua ordinacione hominum ad seipsum. Item in quolibet genere peccati conuenit peccare corde & opere. sed in quibusdam generibus peccatorum scilicet in furto & homicidio seorsum prohibetur peccatum operis. cum dicitur non mechaberis. non furtum facies. Et seorsum peccatum cordis. cum dicitur. non concupisces rem proximi tui. & non concupisces uxorem proximi tui. non sic autem dicitur in peccato homicidii uel falsi testimonii. cuius ratio est. quia delectatio adulterii & utilitas diuitiarum sunt pro seipsa appetibilia in quantum habent rationes boni delectabilis uel utilis. & propter hoc oportuit in eis prohiberi non solum opus sed etiam concupiscentiam. Sed homicidium & falsitas sunt secundum se horribilia. quia proximo & ueritas naturaliter amantur. & non desiderantur nisi propter aliud. Et ideo non oportuit circa peccatum homicidii & falsi testimonii prohibere peccatum cordis. sed solum opus. Circa sextum scilicet de ordinacione decem preceptorum decalogi. sciendum quod sicut dictum est precepta decalogi dantur de hiis que statim impromptu mens hominis suscipit. manifestum est autem quod tanto aliquid magis a ratione suscipitur quanto contrarium est grauius. & magis rationi repugnans. Manifestum est autem quod cum rationis ordo a fine incipiat. maxime est contra rationem. ut homo inordinat se habeat circa finem. finis autem humane uite et societatis est deus. Et ideo primo oportuit per precepta decalogi homines ordinare ad deum. cum eius contrarium sit grauissimum. sicut etiam in exercitu qui ordinantur ad ducem sic ad finem. primum est quod miles subdat duci. & huius contrarium est grauissimum. Secundum uero est ut aliis coordinetur. Inter ipsa autem per que ordinatur in deum. primum occurrit quod homo ei fideliter subdat nullam preceptionem cum inimicis habeat. Secundum autem est quod ei reuerentiam exhibeat. Tertium autem est quod ei etiam famulatum impendat. Maius quod peccatum est etiam in exercitu. si miles infideliter agens cum hoste pactum habeat. quod si aliquam irreuerentiam duci faciat. & hoc etiam est grauius. quod si in aliquo obsequio ducis deficiens inueniatur. In preceptis autem ordinantibus ad proximum. manifestum est quod magis

repugnat rationi & grauius peccatū est si hō non seruet ordinem debitū ad psonas quib⁹ magis est debitoꝝ. & ideo inter pcepta ordinātia ad pximuz. primo ponit pceptum primens ad parentes. inter alia uero pcepta etiam apparet ordo s̄m ordinem grauitatis peccatoꝝ. grauius est em̄ & magis rationi repugnans peccare opere q̄ ore. & ore q̄ corde. & int̄ peccata operis graui⁹ est homicidiū p quod tota iter uita hoīs iam existentis extinguit q̄ ad ulterium per quod impedit certitudo plis nasciture. & adulteriū grauius q̄ furtum qd̄ p̄tinet ad bona exteriora. licet aut̄ s̄m uiam sensus pximus sit magis notus q̄ deus. tamē dilectio dei est ratio dilectōis proximi. & ita pcepta ordinantia ad deū fuerunt p̄ ordinanda. **C**Item sicut deus est uniuersale principiu⁹ essendi omnibus. ita etiā p̄ est p̄cipiu⁹ quoddam essendi filio. Et ideo cōuenientē post pcepta ordinantia ad deū ponit pceptum pertinentē ad parētes. Sed contra p̄ pcepta affirmatiua impanē act⁹ uirtutum. per pcepta aut̄ negatiua phibent̄ actus uitioꝝ. sed secunduz boetium in cōmento p̄dicamentoꝝ. prius extirpanda sunt uitia quā inserant̄ uirtutes. ergo inter pcepta p̄tinentia ad proximum ponēda fuerunt primo pcepta negatiua q̄ affirmatiua. **D**icendū q̄ ista ratio p̄cedit. q̄n̄ sc̄z affirmatiua & negatiua p̄tinet ad idem gen⁹ operis. quāuis etiam & in hoc nō habeat omnimodā efficaciam. & si em̄ in exequutōe operis prius extirpanda sunt uitia q̄ inserēde uirtutes. secundū illud ps̄. declina a malo & fac bonum. & ysa. i. quiescite agere puerse. discite benefacere. tamen ī cognitōe prius est uirtus q̄ p̄ctm̄. quia per rectum cognoscit obliquū. ut dicit̄ in primo de anima. per legē aut̄ cognitō p̄cti. ut ro. v. dicit̄. & s̄m hoc pceptum affirmatiuū debuisset primo poni. sed non est ista ratio ordinis. sed que posita est. quia in pceptis particularib⁹ addunt̄ que sunt prime tabule. **V**ltimo ponit pceptum affirmatiuū. q̄ eius transgressio m̄more reatum inducit. **I**tem p̄ctm̄ cordis & si sit prius in exequutōe tamē eius phibitio posterius cadit in ratione.

**D**emum considerandum est de hiis que in noua lege continentur. circa que consideranda sunt quattuor. Primo uerum lex noua debeat aliqua opera exteriora precipere uel prohibere. Secundo utrum sufficienter se habeat in exterioribus actibus precipiendis uel prohibendis. Tertio utrum conuenienter quantum ad actus exteriores. Quarto utrum conuenienter preceptis consilia supradat. Circa primum sciendum quod sicut dictum est. principalitas operis noue legis est gratia spiritus sancti. que manifestatur in fide per dilectionem operante. hanc autem gratiam consequuntur homines per dei filium hominem factum cuius humanitatem primo repleuit gratia. & exinde est apud nos deriuata. unde dicitur in i. iob. i. Verbum caro factum est. Et postea subdit. Plenum gratie & ueritatis. & infra. & de plenitudine eius nos omnes accepimus gratiam per gratiam. Unde et subdit. quod gratia & ueritas per ipsum christum facta est. & ideo contingit ut per aliqua exteriora sensibilia gratia a uerbo incarnato pfluens in nos deducatur. & ex interiori gratia per quam caro spiritui subditur exteriora quedam opera sensibilia producantur. Sic igitur exteriora opera dupliciter ad gratiam pertinere possunt. Vno modo scilicet inducentia aliquantulum ad gratiam. & talia sunt opera sacramentorum que in lege noua sunt instituta. sicut baptisma. eucharistia. & hmoi. Alia uero sunt opera exteriora que ex instinctu gratie producantur. & in hiis est quedam differentia attendenda. Quedam enim habent necessariam convenientiam uel contrarietatem ad interiorem gratiam que in fide per dilectionem operante consistit. & huiusmodi exteriora opera sunt precepta. uel prohibita in lege noua sicut precepta. ut est confessio fidei et prohibita negatio. Dicitur enim in math. x. Qui confitebitur me coram hominibus confitebor & ego eum coram patre meo. qui autem negauerit me coram

hominibus negabo & ego eum coram patre meo. Alia uero sunt opera que non habent necessariam convenientiam uel contrarietatem ad fidem per dilectionem operantem. & talia opera non sunt in noua lege precepta uel prohibita ex ipsa prima institutione. sed reducta sunt a legislatore scilicet christo unicuique secundum quod aliquis curam gerere debet. sic unicuique liberum est circa talia determinare quod sibi expediat facere uel uitare. & cuique presideri circa talia ordinare suis subditis quid sit in talibus faciendum uel uitandum. Vnde etiam quantum ad hoc dicitur lex euangelii lex libertatis. nam lex uetus multa determinabat. & pauca relinquebat libertati hominum determinanda. Circa secundum scilicet utrum conuenienter se habeat in actibus exterioribus precipiendis uel prohibendis. dicendum quod sicut dictum est lex noua in exterioribus illa solum precipere debuit uel prohibere per que in gratiam introducimur. uel que pertinent ad reatum gratie usum ex necessitate. & quia gratiam ex nobis consequi non possumus sed per christum solum. ideo sacramenta que per gratiam consequimur ipse dominus instituit per seipsum scilicet baptismum eucharistiam. ordinem ministrorum. uel legis instituendo apostolos & septuaginta. duos discipulos. & penitentiam & matrimonium in diuisibile. confirmationem etiam promisit per spiritum sanctum in missionem. ex eius etiam institutione apostoli leguntur oleo infirmos ungentes sanasse. ut habetur in math. vi. que sunt noue legis sacramenta. reatum autem gratie usus est per opera caritatis que quidem secundum quod sunt de necessitate uirtutis pertinent ad precepta moralia que etiam in ueteri lege credebantur. uel quantum ad hoc lex noua super ueterem addere non debuit circa exteriora agenda. Determinatio autem predictorum operum in ordine ad cultum dei pertinet ad precepta cerimonialia legis. in ordine uero ad proximum ad iudicialia. Et ideo quia iste determinatio non sunt secundum se de necessitate interioris gratie in qua lex consistit. idcirco non cadunt sub precepto noue legis. sed relinquuntur humano arbitrio. Quedam quidem quantum ad subditos. que scilicet pertinent sigillatim ad uiciumque. quedam uero ad prelatos temporales uel spirituales. que scilicet pertinent ad utilitatem communitatis. Sic igitur lex noua nulla alia exteriora opera determinare debuit precipiendo uel prohibendo nisi sacramenta & moralia precepta que de se pertinent ad ratem uirtutis. puta non esse occidendum. non esse furandum. & alia huiusmodi. quia ea que sunt fidei sunt supra rationem humanam. unde in ea non possumus peruenire nisi per gratiam. Et ideo abundantiori gratia suscipiente oportuit plura credenda explicari. sed ad opera uirtutum dirigimur per rationem naturalem que est relatio quedam operationis humane & ideo in hiis non oportuit aliqua precepta dari ultra moralia legis precepta que sunt de dictamine rationis. Circa tertium scilicet utrum conuenienter instituit homines quantum ad actus exteriores. sciendum quod sermo quem dominus in monte perposuit totam in formationem uite christiane

continet. in quo perfecte interiores motus hoīs ordinañt. nam post declaratū beatitudinis finem & emēdata apostolica dignitate p quos erat doctrina euangelica pmulgāda ordinae interiores animi motus. primo quantū ad se ipsū. deinde quātum ad pximū. Quantus aut ad seipsum dupliciter fm duos interiores hoīs motus circa agenda que sunt uolūtas de agendis. & intentio de fine. Vnde primo ordinae hoīs uoluntate fm diuersa legis pcepta ut scz absteineat aliquis nō solū ab exteriorib⁹ operibus que sunt fm se mala. sed etiā ab interioribus & ab occasionibus maloz. deinde ordinae intentōem hoīs. docens q̄ in hiis q̄ agimus neq̄ queramus humanā gloriā neq̄ humanas diuitias. quod est thesaurizare ī terra. cōsequēter aut ordinae interiorē hoīs motū quo ad pximū. ut scz non temerarie aut iniuste iudicemus. aut p̄sumptuose. neq̄ tñ sic sim⁹ apud pximum remissi ut eis sacra omittam⁹ si sint indigni. ratio aut docet modū adimplendi euangelicā doctrinā scz iplozando diuinū auxiliū. & conatū apponendo ad ingrediēdū per angustam portā pfecte uirtutis. & cautelā adhibēdo ne a seductorib⁹ corūpamur. & q̄ obseruatio mandatorū eius ē necessaria ad uirtutem. non aut sufficit sola cōfessio fidei. uel miraculoz opatō. uel solum auditus. Cum ergo decem sint pcepta decalogi ordinantia hominē ad deū & pximū. solum circa tria illozū aliquid adimpleuit. scz circa phibitōs homicidii. adulterii & piurii. quia solum circa illa legis pcepta adimpletōm apposuit in quibus scribe & pharisei non rectū intellectū habebant. & hoc contingebat pprie circa tria pcepta decalogi. nam circa phibitōem adulterii & homicidii estimabant solū exteriorē actum phiberi. nam interiorē appetitū magis credebāt circa homicidii q̄ circa furtū ul falsum testimoniū. quia motus ire in homicidii tendens. & concupiscentie motus tendens in adulteriū uideē aliquāter nobis a natura esse. non aut appetitus iurandi uel falsum testimoniū dicendi. Circa piurium uero habebāt falsum intellectū credentes piuriū quidē esse peccatū. Iuramentū aut p se esse appetendū & frequentādū. qd̄ dē ad dei reuerentiā ptinere. & dñs ostendit iuramentū non esse appetendū tanq̄ bonum. sed melius esse absq̄ iuramento loqui nisi necessitas cogat. Item nihil ordinauit dñs ī euangelio de pceptis iudicialibus nisi circa repudiū uxoris. & circa penā talionis. & circa psecutionē inimicoz. quia circa pcepta iudicialia scribe & pharisei dupliciter errabāt. Primo qd̄m quia quedā que in lege moyfi erant tradita tā q̄ pmissiones estimabant esse p se iusta scz repudiū uxoris. & ufuras accipere ab extraneis. & ideo dñs phibuit uxoris repudiū. Mat̄. v. & ufurarū acceptionē. Luc. vi. dicens. date mutuū nihil īde sperātes. Alio modo errabāt credentes quedā que lex uet⁹ instituerat faciēda propter iusticiam esse exequēda ex ap-

petitū uindictē. ex cupiditate tēporaliū rerum uel ex odio inimicoz. et hoc in tribus pceptis. Appetitū em̄ uindictē credebant esse licitū. ppter pceptū datū de pena talionis. quod quidē fuit datū ut iusticia seruaret. non ut homo uindictam q̄reret. & ideo dñs ad hoc remouendū docet aīm hoīs sic debere esse pparatum. ut si necesse sit etiam paratus sit plura sustinere. motum aut cupiditatis estimabāt esse licitū ppter pcepta iudicialia in quibus mandabatur restitutō rei ablata fieri etiā cum aliqua additione. & hec quidē lex mādauit ppter iusticiam obseruandā. nō ut daret cupiditati locum. Et ideo dñs docet ut ex cupiditate nostra non repetamus. sed sim⁹ pati si necesse fuerit etiam amplioza dare. Motum uero odii credebant esse licitū ppter pcepta legis data de hostium interfectione. quod quidē lex statuē ppter iusticiā īplendam. nō ppter odia examinanda. uel exaturanda. Et ideo dñs docet ut ad inimicos dilectionem habeamus & parati simus si opus fuerit etiā benefacere. hec em̄ pcepta fm pparationē animi sunt accipiēda. ut Aug⁹. exponit. Item circa pcepta cerimonialia nihil dñs ordinauit. quia pcepta moralia omnino in noua lege remanere debebant. quia fm se ptinent ad ratōz uirtutis. Pcepta aut iudicialia non remanebant ex necessitate fm modum quē determinauit lex. sed reliquebāt arbitrio hoīm utrū sic uel aliter esset determinandū. Et ideo uenienter dñs circa hec duo genera pceptoz nos ordinauit. Pceptoz aut cerimonialiū obseruatio totaliter per rei īplectōnem tollebat. & ideo circa huiusmodi pcepta in illa cōmuni doctrina nihil ordinauit. ostēdit tñ alibi q̄ totus corpalis cultus qui erat determinatus in lege in spiritalē cōmutandus erat. ut patet Ioh. iiii. ubi dixit. uenit hora qñ neq̄ in monte hoc. neq̄ ī hierosolimīs adorabitis patrē. sed uerū adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate. Item cum ad bonā dispositōem mētis ptineat ut nullum bonum op⁹ faciat ppter quēcunq̄ tēporalē finem. & multa sint alia tēporalia bona q̄ fauor humanus. multa sunt etiā alia bona opa q̄ ieiuniū oratio & elemosina. circa hec tria solum docuit dñs gloriā fauoris humani uitari. q̄a res om̄s mundane ad tria reducunt scz ad honores diuitias. & delicias. fm illud. Ioh. ii. omne qd̄ est in mundo cōcupiscentia carnis est. qd̄ ptinet ad delicias carnis. & cōcupiscentia oculoꝝ qd̄ ptinet ad concupiscentias. & supbia uite. qd̄ ptinet ad ambitū glorie & honozis. Supfluas aut carnis delicias lex non repromisit. sed magis phibuit. repromisit aut celsitudinē honozis & abūdantiā diuitiarū. Dicit em̄ deut. xxviii. Si audieris uocem dñi dei tui faciet te excellentiorē cunctis gētib⁹. quantū ad primum. Et post pauca subdit. abundare te faciet in omnibus bonis quantū ad fm. Que quidē pmissa sic prauē intelligebāt iudei ut ppterea esset deo seruiendū sicut ppter finem.

Et ideo dominus hic remouit primo q̄ opera uirtutis non sunt faciēda p̄pter humanā gloriā. Et ponit tria opera ad que omnia alia reducunt. Nam oīa que aliquis facit ad refrenandū seipsum in suis concupiscentiis reducunt ad ieiuniū. quecūq; uero fiunt p̄pter dilectionē pximi ad elemosinā; reducunt. q̄cūq; uero p̄pter cultū dei fiunt reducuntur ad orationē. Ponit autē hec tria specialiter quasi p̄cipua. & p̄ que homines maxime solent gloriā uenari. Secūdo docuit q̄ non debemus finem cōstituerē in diuitiis. cū dixit. Nolite thesaurizare uobis thesauros in terra. Itē cū naturaliter sit inditū homī ut sollicitet̄ circa ea q̄ sunt sibi necessaria ad uiuendū in q̄ sollicitudine alia animalia cōueniūt cū homīe. p̄pter quod dicitur puer. vi. Vade ad formicā o piger. et cōsidera uias eius q̄ parat in estate cibū sibi. et congregat in estate quod comedat. dominus sollicitudinē necessariā non p̄hibuit. sed sollicitudinē inordinatā. Est autē quadruplex sollicitudo uitanda circa tēporalia. Primo quidē ut in eis finē nō constituamus. neq; deo seruiam⁹ p̄pter necessaria uictus & uestitus. unde dicit nolite thesaurizare uobis &c. Secūdo ut nō sit sollicitemur de tēporalibus cum desperatōe diuini auxiliī. unde dñs dicit scit p̄ uester quia hiis idigetis. Tertio ne sit sollicitudo p̄sumptuosa. ut scz homo cōfidat se necessaria uite per suā sollicitudinē posse p̄curare absq; diuino auxilio. quod dñs remouet p̄ hoc q̄ homo nō potest aliquid adiciere ad staturam suā. Quarto per hoc q̄ homo sollicitudis tempus p̄occupat. quia scz de hoc sollicitus est nunc qd̄ non p̄tinet ad curā p̄sentis tēporis sed ad curā futuri. unde dicit nolite solliciti esse in crastinū.

**C**irca quartū scz utrū cōuenienter lex noua sup̄addat p̄ceptis consilia. sciendū q̄ hec ē differentia inter cōsiliū & p̄ceptū q̄ p̄ceptū impoztat necessitatē. consilium autē in optione ponit̄ eius cui dat̄. & ideo ueniēt̄ i lege noua que est lex libertatis sup̄a p̄cepta sunt addita consilia. non autē i lege ueteri que erat lex seruitutis. Opozt̄ igit̄ q̄ p̄cepta noue legis intelligant̄ esse data de hiis que sunt necessaria ad cōsequēdū finem eterne beatitudinis in que lex noua imediate iroducit. cōsilia uero opoztet esse de illis p̄ que melius & expeditius pot̄ homo cōsequi finem p̄dictū. Est autē homo cōstitut⁹ inter res huius mūdi & spiritualia bona. in quibus beatitudo eterna cōsistit. ita q̄ quanto plus inheret uni eoz. tantoplus recedit ab altero. & econtrario. qui ergo totaliter inheret rebus huius mūdi ut in eis finem cōstituat. habens eas quasi ratōes & regulas suozum operū. totaliter excidit a spiritualib⁹ bonis. & ideo huiusmōi inordinatio tollit̄ et abicitur totaliter p̄ p̄cepta. Sed q̄ homo totaliter ea que sunt mūdi abicitur non est necessari⁹ ad pueniendū i finē p̄dictum. quia potest hō utens rebus huius mundi dum nō scz in eis finem nō cōstituat ad beatitudinē eternam pue-

nire. s; expeditius pueniet totaliter bona hui⁹ mundi abdicando. & ideo de hoc danē cōsilia euangelii. Bona autē huius mundi que p̄tinet ad usum humane uite in tribus consistit scz i diuitiis exteriorib⁹ bonoz. In deliciis carnis q̄ p̄tinent ad concupiscentiā carnis. & i honozib⁹ qui p̄tinet ad sup̄biam uite. sic patet. i. Iob. ii. Hec igit̄ tria totaliter dereliquere s̄m q̄ possibile est p̄tinet ad consilia euangelica. in quibus etiā trib⁹ fundat̄ hōis religio q̄ statū perfectionis p̄fiteet̄. Nam diuitie abdicant̄ p̄ paupertatem. delicie carnis p̄ perpetuā castitatē. sup̄bia uite p̄ obediētē seruitutē. Hec autē simpliciter obseruata p̄tinent ad consilia simplicit̄er p̄posita. sed obseruatio uniuscuiusq; eoz i aliquo speciali casu p̄tinet ad cōsiliū secūdū quid scz in casu illo. puta cum homo aliquā elemosinā dat pauperi quā dare non tenet̄. cōsiliū sequit̄ quantū ad factū illud. Similiter etiam qñ aliquo tpe determinato a delectatōibus carnis abstinet. ut oratōibus uacet. cōsiliū sequit̄ p̄ tēpore illo. Similiter quādo aliquis non sequit̄ uoluntatē suā i aliquo facto quod licite posset facere. cōsiliū sequit̄ i casu illo. puta si beneficiat inimicis qñ non tenetur. uel si offensam remittat cuius iuste possz exigere uindictā. & sic etiā omnia consilia p̄ricularia ad illa tria generalia & p̄fecta reducuntur. Licet autē p̄dicta consilia quantū est de se sint omnibus expeditia. sed ex indispositione aliquoz non sunt eis expeditia. quia affectus eoz non inclināt ad hoc. Ideo dñs cōsilia euangelica p̄ponens semp̄ facit mentōm de ydoneitate hōim ad obseruantia cōsilioz dans em̄ consilium p̄p̄tue paupertatis. Math. xix. p̄mittit. si uis p̄fectus esse. Et postea subdit. uade & uende omnia que habes &c. Sicut dans cōsiliū p̄p̄tue castitatis. cum dixit. sicut eunuchi qui castrauerūt seip̄s p̄pter regnū celoz. statim subdidit. q̄ potest capere capiat. & similiter ap̄ls. i. ad cor. vii. p̄missō cōsilio uirginitatis dicit. p̄p̄tuo hoc ad utilitatē uestrā dico. non ut laqueū uobis inticiam.

## DE GRATIA.

## DIS .X.

**D**einde considerandus est de gratia. Circa quā cōsideranda sunt quinq;.

Primo de eius necessitate. Secūdo de eius essentia. Tertio de eius diuisione. Quarto de eius causa. Quinto de eius effectu.

**C**irca primū querunt̄ decez. Primo utrū homo sine gratia possit aliq; cognoscere ueritatem. Secūdo utrū sine gratia possit aliquid bonū facere uel uelle. Tertio utrū sine gratia possit deū diligere. Quarto utrū sine gratia possit mandata legis implere. Quinto utrū sine grā possit mereri uitam eternā. Sexto utrū sine gratia possit se ad gratiā p̄parare. Septimo utrū sine gratia possit resurgere a peccato. Octauo utrū sine gratia possit uitare p̄ctm̄. Nono utrū gratiā consequutus possit p̄ gratiā absq; diuino auxilio bonum facere & uitare peccatū. Decimo utrū possit in bono



pluerare per seipsum. **A**d primū scz utrū homo sine gratia possit aliquid uerū cognoscere. dicēdū q̄ quilibet res creata a deo habet efficaciam respectu alicuius actus determinati s̄m pprietatē & exigentiā sue forme. ultra aut nō potest nisi p̄ aliq̄z formā superadditam. sicut aqua ex forma sua naturali frigiditate potest. sed calefacere non potest nisi calefacta ab igne. Sic igit̄ intellectus humanus habet aliq̄z formā scz ipsum intellectualem lumē quod est de se sufficiens ad quedā intelligibilia cognoscēda scz ad ea in quoz noticiā possumus p̄ sensibilia deuenire. **A**ltiora uero intelligibilia nō potest intellectus humanus cognoscere nisi p̄ficiat lumine fortiori. sicut est lumē fidei uel p̄phetie. q̄ dicit̄ lumē gratie in quantum est nature supadditum. Sic igit̄ patet q̄ intellectus humanus ad cognitōem cuiuslibz ueri non indiget noua illustratōe supaddita lumī naturali. s̄ in quibusdā q̄ naturalē cognitōem excedūt. quādoqz tamē deus miraculose p̄ gratiā suam aliquos insturit. de hiis que p̄ naturalem ratōem cognosci possunt. sicut quāqz facit aliqua miraculose que natura facere potest. Sic ergo patet q̄ sine gratia potest ille intellectus humanus multa uera cognoscere. p̄pter quod **A**ug⁹. li. primo retracta. dicit. nō approbo quod iōzatione dixi. deus qui non nisi mūdōs uerum scire uoluit. **R**espōderi em̄ potest multos nō mundos multa scire uera. **A**d secundū scz utrū sine gratia possit homo bonū aliquid facere seu uelle. dicendum q̄ natura hoīs dupliciter potest cōsiderari. vno modo in sui integritate sicut fuit in primo parēte ante peccatum. **A**lio modo s̄m quod est corrupta in nobis post peccatū primū pentis. s̄m aut utrūqz statum natura humana indiget auxilio diuino ad faciēdum ul' uolendū quodcūqz bonū. sicut primo mouente. ut dictū est. sed in statu nature integre quantum ad sufficiētiā operatiue uirtutis poterat homo p̄ sua naturalia uelle & operari bonum sue nature p̄portionatū. quale est bonū uirtutis acquisite. non aut bonū superexcedens quale est bonū uirtutis infuse. sed in statu nature corrupte deficit homo ad hoc q̄ s̄m suaz naturam potest ut non possit totū huiusmodi bonum per sua naturalia implere. quia tamē natura humana p̄ peccatū non est totaliter corrupta. ut scz toto bono nature priuet̄. **P**ot̄ qui dem etiā in statu nature corrupte p̄ uirtutē sue nature aliquid bonū p̄ticulare agere. sicut edificare domos. plantare uineas. & alia huiusmodi. nō tñ totū bonū sibi cōnaturale. ita q̄ in nullo deficiat sicut homo infirmus potest p̄ seipsum aliquē motum habere. nō tñ p̄fecte potest moueri motu hoīs sani. nisi sanet̄ auxilio medicine. Sic igit̄ uirtute gratuita superaddita uirtuti nature indiget homo in statu nature integre quantum ad unū scz quantum ad uolendum & operandū bonū supnaturale. sic in statu nature corrupte quārū ad duo scz ut sanet̄. & ulterius ut bonū supnaturalis uirtutis operetur

quod est meritoziū. ulterius aut in utroqz statu indiget homo auxilio diuino. ut ab ipso moueatur ad bene agendū. **C**irca tertium scilicet utrū homo ex solis naturalibus sine gratia possit diligere deū. dicendū q̄ homo in statu nature integre bonū aliquid q̄ est sibi cōnaturale poterat operari uirtute sue nature. absqz superadditōe doni gratuiti. licet non absqz auxilio dei mouētis. diligere aut deum sup omnia est quiddā cōnaturale hoīs. & etiā cuiuslibz creature. non solū rationali sed etiā irrationali. & etiam inaiate s̄m modum amoris qui unicuiqz creature cōpetere potest. cuius ratio est. quia unicuiqz naturale est q̄ appetat & amet aliqd̄ s̄m q̄ aptum natum est esse. sic em̄ agit̄ unū. quodqz put aptum natū est. ut dicit̄ m. ii. p̄bicoz. **M**anifestū est aut q̄ bonum parū est p̄pter bonum totius. unde etiā naturali appetitu uel amoze unaqz res p̄ticularis amat bonum suū p̄pziū p̄pter bonum cōmune totius uniuersi quod ē deus. unde **D**yonisius dicit̄ in libro de di. no. q̄ deus conuertit oīa ad amoze sui ipsius. unde homo in statu nature integre dilectōem sui ipsius referebat ad amoze dei sicut ad finem. & similiter dilectōem oīm aliarum rerū. & ita deus diligebat plus q̄ seipm̄ & super omnia. **S**ed in statu nature corrupte hō ab hoc deficit s̄m appetitū uolūtatis rationalis que p̄pter corruptōem nature sequit̄ bonum priuatū. nisi sanet̄ p̄ gratiā dei. **E**t ideo dicēdū est q̄ homo in statu nature integre non indiget dono gratie supaddite naturalibus bonis ad diligendū deū naturaliter & sup omnia. licet indigeat auxilio dei. ad hoc eum mouētis. **S**ed in statu nature corrupte indiget etiā hō ad hoc auxilio gratie naturam sanantis. **S**ciēdum autē q̄ diligere deū sup omnia ex caritate est ipsum emimētius diligere q̄ ex naturali dilectione. q̄a caritas diligit deū sup omnia eminentius q̄ natura. natura em̄ diligit deū sup omnia. put scz est principium & finis naturalis boni. caritas aut s̄m q̄ est obiectū beatitudinis. & s̄m hoc homo habet quādā societatem spiritalē cum deo. **A**ddidit etiā caritas supra dilectionē naturalē dei p̄p̄tudinē quādā & dilectionē. sicut & quilibz habit⁹ uirtutis addit supra actū bonū qui fit ex sola ratōe naturali hoīs uirtutū habitus nō habentis. **A**d quartū scz utrū sine gratia possit homo mandata legis implere. dicendum q̄ mandata legis implere potest intelligi dupliciter. vno modo quantum ad substantiam operū. put scz homo operatur iusta & fortia. & alia uirtutis opera. & hoc modo hō in statu nature integre potuit omnia mandata legis implere. alioquin non potuisset in statu illo non peccare. cum peccare nihil aliud sit q̄z transgredi diuina mādāta. sed in statu nature corrupte nō potest hō implere omnia diuina mandata sine gratia sanante. **A**lio modo possunt impleri mandata legis non solum quantum ad substantiam operis. sed etiā quantum ad modū agendi. ut scz ex caritate faciāt.

& sic neq; in statu nature integre neq; in statu nature corrupte potest homo implere absq; gratia legis mandata. vnde Aug<sup>9</sup>. in libro de corc. & gratia. Cū dixisset q; sine gratia nullum prozsus bonū homines faciūt. subdit. nō solū ut ministrāte ipsa quid faciendū ut sciāt verum etiā ut pstante ipsa faciant cum dilectione qd sciūt. Indigent insup i utroq; statu auxilio dei mouētis ad mādata iplenda ut dictum est. **A**d quintuz scz utrū sine gratia possit homo mereri uitam eternā. dicendū q; actus pducētes ad finē oportet esse fini pportionatos. nullus aut actus excedit pportōem pncipiū actiui. Et ideo uidemus in rebus naturalibus q; nulla res potest pficere effectum p suam opationē quin excedat uirtutem acti uam. sed solum potest pducere p operationez suaz effectū sue uirtuti pportionatū. uita aut eterna est finis excedens pportōem humane nature. ut ex supra dictis patet. & ideo homo p sua naturalia non potest pducere opa meritoria pportionata uite eterne. sed ad hoc exigitur altioz uirtus que est uirtus gratie. & iō sine gratia hō nō potest mereri uitam eternā potest tñ facere opa pducentia ad aliquod bonum hōi cōnaturale. sicut laborare in agro. bibere. & māducare. & habere amicū. & alia huiusmodi. ut Aug<sup>9</sup>. dicit. in tertia responsione contra pelagianos. **A**d sextum scz utrū sine gratia possit se homo ad gratiā pparare. dicendū q; duplex est pparatio humane uolūtatis ad bonū. Vna quidē quia pparat ad bñ operandū & ad deo fruendū. & talis pparatō uolūtatis nō potest fieri sine habituali gratie dono q; sit pncipiū operis meritorii. ut dictuz est. Alio modo potest intelligi pparatio uolūtatis humane ad cōsequendū ipm gratie habitual donū. ad hoc aut q; pparet se ad suscepti onem huius doni nō oportet psupponere aliud donum habituale i anima. quia sic pcederet i infinitū. sed oportet psupponi auxiliū gratuitū dei. interius aīam mouentis siue inspirātis bonum ppositū. hīs em duobus modis indigemus auxilio diuino. ut supra dictū est. **Q** aut ad hoc indigemus auxilio dei mouentis manifestū est. necesse est em cum omne agens agat ppter finē q; omnis causa cōuertat suos effectus ad suum finē. & ideo cum secundū ordinē agētuz siue mouentū sit ordo finium necesse est q; ad ultimū finem conuertatur homo p motōem pimi mouentis. ad finem aut pximū p motōem aliquoz inferiorū mouentū. sicut aimus militis ouertit ad querendū uictoriā ex motione ducis exercit<sup>9</sup>. ad sequendū aut uexillū alicuius aciei ex motiōe tribuni. Sic igit cum deus sit pimū mouens simpliciter. ex eius motiōe est q; omnia in ipm conuertant hōi cōmunē intentionē boni. per quā vnūquodq; intendit assimilari deo scdm suum modū. vnde & Dyo. in libro de di. no. dicit. q; deus cōuertit oīa ad seipsum. sed hōes iustos ouertit ad seipsum sicut ad specialē finē

quem intendūt. & cui cupiunt adherere sicut ppzio bono. hō illō ps. mihi adherere deo bonum est. Et ideo q; homo conuertat ad deū hō non potest esse nisi deo ipm conuertente. hoc aut est pparare se ad gratiā q; ad deū conuerti sicut ille qui habet oculū auersum a lumie sol per hoc se pparat ad recipiendū lumē solis quō oculos suos cōuertat uersus solē. vnde patet q; non potest se pparare ad lumē gratie suscipiendū nisi p auxiliū gratuitū dei interioz mouētis. **A**d septimū scz utrū sine grā possit hō resurgere a peccato. dicendū q; hō nullo modo potest resurgere a pctō p seipsum sine auxilio gratie. cum em pctm transiēs actu maneat reat<sup>9</sup>. ut dictū est. nō est illud resurgere a peccato sed cessare ab actu pcti. sed resurgere a pctō ē reparari hōiem ad ea que peccando amisit. Incurrit aut homo triplex detrimentū peccando scz maculā. corruptōz naturalis boni. & reatū pene. maculam quidē incurrit iquantū priuatur decoze gratie ex defozmitate peccati. bonū aut nature corrupitur inquantuz natura hōis deozdinat. uoluntate hōis deo non subiecta. hoc em ordine sublato. sequens est ut tota natura hōis peccantis inozdinata remāeat. Reatus aut pene est p quē homo peccando mortaliter meret damnatōem eternā. Manifestum est aut de singulis hōz trium q; non possunt reparari nisi p deū. Cum em decoz gratie pueniat ex illustratōe diuini lumis non potest talis decoz i aīa repari nisi deo denuo illustrāte. unde requirit habituale donū quod est gratie lumen. Similiter ordo nature repari nō potest ut uolūtas hōis deo subiecta nisi deo uoluntatem hōis ad se trahente. ut dictum est. similiē etiā reatus pene eterne remitti non potest nisi a deo in quē est offensa cōmissa & qui est oīm iudex. & iō requirit auxiliū gratie ad hoc q; hō a peccato resurgat. & quantū ad habituale donum. & quantū ad interiozē dei motiōem. **A**d octauū scz utrū sine gratia possit hō uitare pctm. dicendū q; de hōie dupliciter loq; possum<sup>9</sup>. un o modo hōi statū nature integre. Alio modo hōi statum nature corrupte. Secū dum statum quidē nature integre etiam sine gratia habituali poterat homo nō peccare. neq; mortaliter neq; ueialiter. quia peccare nihil aliud est q; recedere ab eo qd est hōi naturam quod uitare hō poterat i integrate nature. nō tñ hoc poterat sine auxilio dei in bono cōferuantis. quo subtracto etiā ipa natura in nihilum decideret. etiā in statu nature corrupte indiget homo gratia habituali sanāte naturam ad hoc q; omnio a pctō astineat. Que quidē satisfactio primo fit in presenti uita hōi mentē appetitu carnali nondū totaliter repato. ut apls ad ro. vii. Et in psona hōis reparati dicit. ego ipse mente seruiō legi dei. carne aut legi pcti. In quo quidē statu potest hō abstinere a peccato mortali quod in ratōe consistit ut supra habitum est. nō aut potest homo abstinere ab omni peccato ueniali. ppter corruptōem inferioris

appetitus sensualitatis cuius motus quidem singulos ratio reprimere potest. Ex hoc habet rationem peccati & uoluntarii. non autem omnis. quia dum uni resistere nititur. fortassis alius surgit & quia etiam ratio non semper potest esse pugil ad huiusmodi motus uitandos. Similiter igitur ante quam hominis ratio in qua est peccatum mortale reparatur per gratiam iustificante potest singula peccata mortalia uitare. & huiusmodi aliquod tempus quia non est necesse quod continuo peccet in actu. Sed quod diu maneat absque peccato mortali esse non potest. unde Gregorius dicit super ezechielem. quod peccatorum quod mox per penitentiam non deletur. suo potest deinde ad aliud trahit. & huiusmodi ratio est. quia si rationi subdici debet inferior appetitus. ita etiam ratio debet subdici deo. & in ipso constitueret finem sue uoluntatis. Per finem autem oportet quod regulentur omnes actus humani sicut per rationis iudicium regulari debent motus inferioris appetitus. Sicut igitur inferiori appetitu non totaliter subiecto rationi non potest esse qui contingant inordinati motus in appetitu sensitivo. ita ratio hominis non existere subiecta deo. consequens est ut contingant multe inordinaciones in ipsis actibus rationis. Cum enim homo non habet cor suum firmatum in deo ut per nullo bono consequendo. uel malo uitando ab eo separari uellet occurrunt multa propter que consequenda uel uitanda homo recedit a deo contemnendo precepta eius. & ita peccat mortaliter. precipue quia in repentinis homo operatur huiusmodi finem preconceptum. & huiusmodi habitus preexistentem. ut philosophus dicit in tertio ethyco. quibus ex premeditatione ratio homo possit aliquid agere per ordinem finis precepti. & propter inclinationem habitus. sed quia homo non potest esse in tali premeditatione. non potest contingere ut permaneat qui operetur huiusmodi consequentiam uoluntatis deordinatae nisi a deo cito per gratiam ad debitum ordinem repetatur. Ad nonum scilicet utrum ille qui iam constitutus est gratia possit per seipsum operari bonum & uitare peccatum. dicendum quod ad recte uiuendum homo dupliciter indiget auxilio dei. uno modo quantum ad aliquod habituale donum per quod natura humana corrupta sanetur. & sanata etiam eleuetur ad operandum opera meritoria uite eterne. que excedunt proportionem nature. Alio modo indiget homo auxilio gratie. ut a deo moueatur ad agendum. Quantum igitur ad primum auxilium modum homo in gratia existens non indiget alio auxilio gratie. quasi alio aliquo habitu infuso. Indiget tamen auxilio gratie huiusmodi alium modum. ut scilicet a deo moueatur ad recte agendum. Et hoc propter duo. primo quidem ratione generali. propter hoc quod sicut dictum est. nulla res creata potest in quantum quod actum perdire. nisi uirtute motionis diuine. Secundo ratione speciali propter conditionem status humane nature. que quidem licet per gratiam sanetur quantum ad mentem. remanet tamen in ea corruptio & infectio quantum ad carnem per quam seruimus legi peccati. unde dicitur ad romanos. vii. Remanet etiam quoddam ignorantie obscuritas in intellectu. secundum quam ut dicitur etiam romanos. viii. quod oremus. sic oportet

et nescimus. propter uarios enim rerum euentus. & quia etiam nosipsum non perfecte cognoscimus non possumus ad plenum scire quid nobis expediat. huiusmodi illud sapientie. ix. Cogitaciones mortali um timide & incerte prouidentie nostre. & ideo necesse est nobis ut a deo dirigamur & protegamur qui omnia nouit & omnia potest. Et propter hoc etiam renatis in filios dei per gratiam conuenienter dicere. & ne nos inducas in temptationem. & fiat uoluntas tua sicut in celo & in terra. &c. quod in oratione dominica continentur ad hoc pertinentia. Ad decimum scilicet utrum homo in gratia constitutus indigeat auxilio gratie ad perseuerandum. dicendum quod perseuerantia triplex dicitur. Quandoque enim significat habitum mentis per quem firmiter stat ne remoueat ab eo quod est huiusmodi uirtute per tristitias irruentes. ut sic se habeat perseuerantia ad tristitias sicut continentia ad concupiscentias & delectaciones. ut philosophus dicit in viii. ethy. Alio modo potest dici perseuerantia habitus quidam huiusmodi quem habet homo propositum perseuerandi in bono usque in finem. & utroque istorum modorum perseuerantia simul cum gratia infunditur. sicut & continentia & cetera uirtutes. Alio modo dicitur perseuerantia continuatio quedam boni usque ad finem uite. & ad talem perseuerantiam habendam homo in gratia constitutus non quidem indiget aliqua habituali gratia alia. sed diuino auxilio ipsum dirigente & protegente contra temptationum impulsus. sicut ex precedentibus apparet. Et ideo postquam aliquis est iustificatus per gratiam necesse habet a deo petere predictam perseuerantiam donum. ut scilicet custodiat a malo usque ad finem uite. multum enim datur gratia quibus non datur perseuerare in gratia.

## DE GRATIA.

## DIS. XI.

**Q**UAE circa secundum principale scilicet de gratia quantum ad eius essentiam queruntur quattuor. Primo utrum gratia ponat aliquid in anima. Secundo utrum gratia sit qualitas. Tertio utrum differat a uirtute in fusa. Quarto de subiecto gratie. Ad primum scilicet utrum gratia ponat aliquid in anima. dicendum quod secundum communem modum loquendi gratia tripliciter accipi consuevit. Uno modo per dilectionem alicuius. sicut consueuimus dicere quod iste miles habet gratiam regis. id est rex habet eum gratum. Secundo sumitur per aliquo dono gratis dato. sicut consueuimus dicere. hanc gratiam facimus tibi. Tertio modo sumitur per recompensationem beneficii gratis dati. sicut cum dicimur agere gratias beneficiorum. Quorum trium huiusmodi dependet ex primo. Ex amore enim quo aliquis alium gratum habet procedit quod aliquid ei gratis impendat. Ex secundo autem procedit tertium. quia de beneficiis gratis exhibitis gratiarum actio consergit. Quantum ergo ad duo ultima manifestum est quod gratia aliquid ponat in eo qui gratiam accipit. Primo quidem ipsum donum gratis datum. Secundo huiusmodi doni recognitionem. sed quantum ad primum est differentia attendenda circa gratiam dei & gratiam hominis. quia cum bene creature

prouenit ex uoluntate diuina. Ideo dilectio dei qua uult creature bonuz pfluat aliquod bonum in creatura. uoluntas autem hois mouet ex bono pre existente in rebus. & inde est qd dilectio hominis non causat totaliter rei bonitatem. sed presupponit ipsam. uel in toto. uel in parte. Patet igitur qd quilibet dei dilectionem sequitur aliquod bonum in creatura causatum quandoqz. non tamen dilectioni eterne coeternum. & sicut homini boni differentiam differens considerat dilectio dei ad creaturam. una quidem communis. sicut quaz diligit omnia que sunt. ut dicitur sap. ix. secundum quaz esse naturale rebus creatis largitur. Alia est dilectio specialis sicut quam trahit creaturam rationalem contra conditionem nature ad participationem diuini boni. & sicut hanc dilectionem dicitur aliquem diligere simpliciter. qz secundum hanc dilectionem uult deus simplicitate creature bonum eternum. quod est ipse. Sic igitur per hoc quod dicitur homo gratiam dei habere. significat quiddam supernaturale in homine a deo pueniens quandoqz tamen gratia dei dicitur ipsa eterna dei dilectio sicut quod dicitur etiam gratia predestinationis inquam deus gratuito & non ex meritis aliquos predestinauit siue elegit. Dicitur enim ad hebr. i. predestinauit nos in adoptione filiorum. in laudem glorie & gratie sue. **C** Ad secundum scilicet utrum gratia sit qualitas. dicendum quod gratia in eo quod dicitur gratiam dei habere significat esse quidam effectus dei gratuite uoluntatis. Dicitur autem supra quod duplur ex gratuita dei uoluntate homo adiuuatur. Vno modo inquam anima hominis mouetur a deo ad aliquid cognoscendum uel uolendum uel agendum. & hoc modo ipse gratuite effectus in homine non est qualitas. sed motus quidam anime. actus enim mouetis in moto est motus. ut dicitur in tertio philosophico. Alio modo adiuuatur homo ex gratuita dei uoluntate sicut quod aliquod habituale donum a deo anime infunditur. Et hoc ideo. quia non est conueniens quod deus minus prouideat hiis quos diligit ad supernaturale bonum quam creaturis quas diligit ad bonum naturale habendum. Creaturis autem naturalibus sic prouidet ut non solum moueat eas ad actus naturales. sed etiam largitur eis formas & uirtutes quasdam que sunt principia actuum. ut secundum se ipsas inclinent ad homini motus. & sic motus quibus a deo mouentur fiunt creaturis conaturales & faciles. secundum illud sap. vii. quod disponit omnia suauiter. multo igitur magis illis quos mouet ad sequendum bonum supernaturale eternum infundit aliquas formas seu qualitates supernaturales. sicut quas suauiter & prompte ab ipso moueantur ad bonum eternum consequendum. & sic donum gratie qualitas quedam est. **C** Ad tertium scilicet utrum gratia differat a uirtute infusa dicendum quod quidam posuerunt idem esse gratiam & uirtute sicut essentiam. sed differre solum sicut rationem. ut gratia dicatur secundum quod facit hominem deo gratum. uel sicut quod gratis datur. Virtus autem sicut quod perficit ad bene operandum. & hoc uidetur sensisse magister in secundo sententiarum. sed si quis

recte consideret rationem uirtutis hoc stare non potest. quia ut philosophus dicit in vii. philosophi. Virtus est dispositio perfecta. dico autem perfectum quod est dispositum sicut naturam. Ex quo patet quod uirtus cuiuscumque rei dicitur in ordine ad aliam naturam pre existentem. quando scilicet unumquodque sic est dispositum sicut quod conuenit sue nature. Manifestum est autem quod uirtutes acquisite per actus humanos de quibus dictum est. sunt dispositiones quibus homo conuenienter disponitur in ordine ad naturam qua homo est. uirtutes autem infuse disponunt hominem altiori modo & ad altiorem finem. Unde etiam oportet quod etiam in ordine ad aliquam altiorem naturam. hoc autem est in ordine ad naturam diuinam participatam. sicut quod dicitur. ii. petri. i. maxima et preciosa nobis promissa donauit. ut per hoc efficiamini diuine consortes nature. & secundum acceptationem homini nature dicuntur regenerari in filios dei. Sicut igitur lumen naturale rationis est aliquid preter uirtutes acquisite que dicuntur in ordine ad ipsum finem uel lumen naturale. ita etiam ipsum lumen gratie quod est participatio diuine nature est aliquid preter uirtutes infusas. que a lumine illo deriuantur. & ad illud lumen ordinantur. unde & apostolus dicit ad ephes. v. Eratis aliquando tenebre. nunc autem lux in domino ut filii lucis ambulatis. Sicut enim uirtutes acquisite perficiunt hominem ad ambulandum congruenter lumine naturali rationis. ita uirtutes infuse perficiunt hominem ad ambulandum congruenter lumine gratie. **C** Ad quartum scilicet de subiecto gratie. dicendum quod ista questio ex precedenti dependet. Si enim gratia sit idem quod uirtus. necesse est quod sit in potentia anime sicut in subiecto. Nam potentia anime est proprium subiectum uirtutis. ut supra dictum est. Si autem gratia differat a uirtute non potest dici quod potentia anime sit gratie subiectum. quia omnis perfectio potentie anime habet rationem uirtutis ut supra dictum est. unde relinquitur quod gratia sic est prius uirtute. ita habeat subiecti prius potentie anime. ita scilicet quod sit in essentia anime. sicut enim per potentiam intellectiuam homo participat cognitionem diuinam per uirtute fidei & sicut potentiam uoluntatis amorem diuinum per uirtute caritatis. ita etiam per naturam anime participat sicut in quadam similitudinem naturam diuinam per quadam regenerationem. siue recreationem.

#### DE DIVISIONE GRATIE. DI. XII.

**C**irca tertium principale scilicet de diuisione gratie queruntur quinque. Primo de diuisione gratie in gratiam gratum facientem. & gratiam gratis datam. Secundo de diuisione gratie gratum facientis per operantem & cooperantem. Tertio de eius diuisione in preuenientem & subsequente. Quarto de diuisione gratie gratis date. Quinto de comparatione gratie gratum facientis & gratis date. **C** Ad primum scilicet de diuisione gratie in gratiam gratum facientem & gratiam gratis datam. dicendum quod sicut dicit apostolus ro. xiii. Que a deo sunt ordinata sunt. In hoc autem ordine rerum consistit quod quedam per alia in deum reducuntur. ut Dionysius

dicit in libro cele. iher. Cum igitur gratia ad hoc ordinetur ut homo reducat in deum ordine quodam hoc agitur. ut scilicet quidam per alios in deum reducantur. Secundum hoc igitur duplex est gratia. Una quidem per quam ipse homo deo coniungitur que uocatur gratia gratum faciens. Alia uero per quam unus homo cooperatur alteri. ad hoc quod ad deum reducat. huiusmodi autem donum uocatur gratia gratis data. quia supra facultatem nature & supra meritum persone homini conceditur. Sed quia non datur ad hoc ut homo ipse per eam iustificetur sed potius ut ad iustificationem alterius cooperetur. ideo non uocatur gratum faciens. & de hac dicit apostolus. i. ad cor. xii. Vnicuique datur manifestatio spiritus ad utilitatem aliorum. **A**d secundum scilicet de diuisione gratie in operantem et cooperantem. dicendum quod sicut dictum est gratia dupliciter potest intelligi. uno modo diuini auxiliium. quo nos mouet ad bene uolendum & agendum. Alio modo habituale donum nobis diuinitus inditum. ueroque autem modo gratia dicta conuenienter diuiditur per operantem & cooperantem. Operatio enim alicuius effectus non attribuitur mobili. sed mouenti. In illo igitur effectum in quo mens nostra est mota & non mouens solus autem deus mouens operatio deo attribuitur. & secundum hoc dicitur gratia operans. In illo autem effectum in quo mens nostra & mouet & mouetur operatio non solum attribuitur deo. sed etiam anime. & secundum hoc dicitur gratia cooperans. Est autem in nobis duplex actus. Primus quidem interior uoluntatis. & quantum ad istum actum uoluntas se habet ut mota. deus autem ut mouens. & presertim cum uoluntas incipit bonum uelle que prius malum uolebat. & ideo secundum quod deus mouet humanam mentem ad hunc actum dicitur gratia operans. Alius autem actus est exterior. qui cum a uoluntate imperetur ut supra habitum est. consequens est quod ad hunc actum operatio attribuitur uoluntati. & quare etiam ad hunc actum deus nos adiuuat & interior confirmando uoluntatem ut ad actum perueniat. & exterior facultatem operandi prebendo. respectu huius actus dicitur gratia cooperans. unde Augustinus dicit in libro de gratia & libero arbitrio. ut autem uelimus operari. Cum autem uolumus ut proficiamus nobis cooperatur. Sic igitur si gratia accipitur per gratuita dei motionem qua mouet nos ad bonum meritorium. conuenienter diuiditur gratia per operantem & cooperantem. Si uero accipitur gratia per habituale dono. sic etiam duplex est gratie effectus sicut & cuiuslibet alterius forme. quorum primus est esse. secundus est operatio. sic caloris operatio est facere calidum & exterior calefactio. si igitur habituale gratia in quantum animam sanat uel iustificat siue gratam deo facit dicitur gratia operans. in quantum uero est principium operis meritorii. quod etiam ex libero arbitrio procedit dicitur cooperans. **A**d tertium scilicet de diuisione gratie in preuenientem & subsequentem. dicendum quod sicut gratia diuiditur in operantem secundum diuersos effectus. ita etiam in preuenientem & subsequentem qualitercumque gratia acci-

piatur. Sunt autem quinque effectus gratie in nobis. quorum primus est ut anima sanetur. Secundus est ut bonum uelit. Tertius est ut bonum quod uult efficaciter operetur. Quartus est ut in bono perseueret. Quintus est ut ad gloriam perueniat. & ideo gratia secundum quod causat in nobis primum effectum uocatur preueniens respectu secundi effectus. & per consequens causat in nobis secundum uocatur subsequens respectu primi effectus. Et sic unus est posterior uno effectum. & prior alio. ita gratia potest dici & preueniens & subsequens secundum eundem effectum respectu diuersorum. & hoc est quod Augustinus dicit in libro de natura & gratia. peruenit ut sanemur subsequitur ut sanati uegetemur. preuenit ut uocemur. subsequitur ut glorificemur. **A**d quartum scilicet de diuisione gratie gratis date. dicendum quod sicut dictum est gratia gratis data ordinatur ad hoc quod homo alteri cooperetur ut reducat ad deum. homo autem operari ad hoc non potest interioriter mouendo hoc enim solius dei est. sed solius exterioriter docendo. uel persuadendo. Et ideo gratia gratis data illa sub se continet quibus homo indiget ad hoc quod alterum instruat in rebus diuinis que sunt supra rationem. Ad hoc autem tria requiruntur. primo quidem quod homo sit sortitus plenitudinem cognitionis diuinarum. ut ex hoc possit alios instruere. Secundo ut possit confirmare uel probare ea que dicit. alias non esset efficax eius doctrina. Tertio ut ea que accipit possit conuenienter auditoribus preferre. quantum igitur ad primum tria sunt necessaria. sicut & apparet in magisterio humano. Oportet enim quod ille qui debet alium instruere in aliqua scientia. primo quidem ut principia illius scientie sint ei certissima. & quantum ad hoc ponitur fides que est certitudo de rebus inuisibilibus que supponuntur ut principia in catholica doctrina. Secundo oportet quod doctor recte se habeat circa principales conclusiones scientie. & sic ponitur sermo sapientie que est cognitio diuinarum. Tertio etiam oportet ut abundet exemplis in cognitione effectuum. per quos interdum oportet manifestare causas. Et quantum ad hoc ponitur sermo scientie que est cognitio rerum humanarum. quia inuisibilia dei per ea que facta sunt intellecta conspiciuntur. Confirmatio autem in hiis que subduntur rationi est per argumenta. In hiis autem que sunt supra rationem diuinitus reuelata confirmatio est per ea que sunt uirtuti diuine propria. & hoc dupliciter. Uno quidem modo ut doctor sacre doctrine faciat que solet deus facere in operibus miraculosis. siue sint ad salutem corporum. & quantum ad hoc ponitur gratia sanitarum. siue ordinantur ad solam diuine potestatis manifestationem. sicut quod sol stet aut tenebescat. quod mare diuidatur. & quantum ad hoc ponitur operatio uirtutum. Secundo ut possit manifestare ea que solius dei sunt scire. et hec sunt contingencia futura. & quantum ad hoc ponitur prophetia. & etiam occulta cordium. & quantum ad hoc ponitur discretio spirituum. Facultas autem pronuntiandi potest attendi uel quantum ad ydionia in quo aliquis intelligi possit. & secundum hoc

ponuntur genera liguarum. uſ quantum ad ſenſum eorū que ſunt pferenda. & quantum ad hoc ponit interpretatio ſermonū. Sciendū autē qd fides non numerat̄ hic inter gratias ḡtis datas ſm qd eſt quedā uirtus iuſtificās hominē in ipſo. ſecundū qd importat quādā ſup eminentiā certitudinis fidei. ex qua homo fit ydoneus ad inſtruendū alios de hiis que ad fidē p̄tinent. ſpes autē & caritas p̄tinent ad uim appetitiuā ſm qd p̄ eam homo in deū ordinaſ. Item gratia ſanitarū diſtinguit̄ a generali operatione uirtutū. quia habet ſpeciale ratōm i ducēdi ad fidē. ad quā aliquis magis p̄mptus reddit̄ per beneficiū corpōralis ſanitaris q̄z p̄ fidei uirtutē aſſequit̄. Similiter etiā loqui uariis linguis. & interpretari ſermones habet ſpeciales quaſdā ratōes mouendi ad fidem. & iō ponunt̄ ſpeciales gratie gratis date. Item ſapientia & ſcientia n̄ cōputant̄ inter gratias gratis datas. ſm qd enumerant̄ inter dona ſpiritus ſancti. put ſc̄z mens hoīs eſt bene mobilis p̄ ſpiritus ſanctū ad ea que ſunt ſapientie & ſcientie. Sic em̄ ſunt dona ſpiritus ſancti ut dictū eſt. ſed computant̄ inter gratias gratis datas ſecundū qd importat abundantiam quādā ſapientie & ſcie. ut homo poſſit non ſolū in ſeipſo recte ſapere de diuinis. ſed etiam alios inſtruere & cōradicentes reuincere. Et ideo int̄ gratias gratis datas ſignat̄ ponit ſermo ſapientie & ſermo ſcientie. vnde Aug⁹. dicit. xliii. de trinitate. Aliud eſt ſc̄re tantūmodo quid homo credere debeat ad adipiſcendā uitam beatam. aliud ſc̄re quantum hoc ipſum ut piis opituletur. & contra ipſos defendat̄. Ad quātum ſc̄z de compatione gratie gratū facientis & gratis date. dicendū qd unaqueqz uirtus tāto excellentior eſt. quanto ad altius bonū ordiatur. ſemp autē finis potior eſt hiis que ſunt ad finem. gratia autē gratū faciens ordinar̄ hominē imediate ad comunctiōnē ultimi finis. gratie autē gratis date ordinar̄ hoīem ad que dam p̄paratoria finis ultimi. ſicut p̄ p̄phetias & miracula & huiuſmōi. alias hoīes inducuntur ad hoc qd ultimo fini cōiungant̄. & iō gratia gratum faciens eſt multo excellentior q̄z gratia gratis data.

**DE CAUSA GRATIE. DIS. XIII.**

**Q**uarta quartū principale ſcilicet de cauſa gratie queruntur quinqz. Primo utrū ſolus deus ſit cauſa efficiens gratie. Secundo utrū requirant̄ aliq̄ diſpoſitio ad gratiā ex pte recipiētis eam per actū liberi arbitrii. Tertio utrū talis diſpoſitio poſſit eſſe neceſſitas ad gratiā. Quarto utrū gratia ſit equalis in omnibus. Quinto utrū aliquis poſſit ſc̄re ſe habere gratiā. Ad primum ſc̄z utrū ſolus deus ſit cauſa efficiēs gratie. dicendū qd nulla res agere poteſt ultra ſpeciem ſuā. quia ſemp oportz qd cauſa potior ſit effectū. donū autē gratie excedit oēm facultatem nature creare. cum nihil aliud ſit q̄z q̄da p̄cipacio diuine nature que excedit omnem

aliam naturā. & ideo iſoſſibile eſt qd aliq̄ creatura gratiā cauſet. Sic etiā neceſſe eſt ut ſolus deus deificet cōmunicando cōſortium diuine nature p̄ quādā ſimilitudinis p̄cipatōm. ſic iſoſſibile eſt qd aliquid igneat niſi ſol⁹ ignis.

**A**d ſecundum ſc̄z utrū requirant̄ aliqua p̄paratoria & c̄. dicendū qd ſic ſupra dictū eſt gratia dicit̄ dupliciter. Quandoqz quidē ipſum habituale dei donum. quādoqz autē ipſum auxiliū dei mouētis aīam ad bonū. Primo igiſ modo accipiēdo gratiā p̄exigit̄ ad gratiam aliqua gratie p̄paratoria. quia nulla forma poſſe eſſe niſi in materia diſpoſita. ſed ſi loquamur de gratia ſm qd ſignificat auxiliū dei mouētis ad bonum. ſic nulla p̄paratoria requirit̄ ex pte hoīs quaſi p̄ueniēs diuinū auxiliū. ſ; potius quecūqz p̄paratoria in hoīe eſſe poteſt. eſt auxiliū dei mouētis aīam ad bonū. & ſm h̄ ipſe bonus motus liberi arbitrii quo quis p̄paratur ad donū gratie ſuſcipiendū eſt actus liberi arbitrii moti a deo. & quantum ad hoc dicit̄ homo ſe p̄parare. ſm illud p̄uer. xvi. Hoīs eſt p̄parare aīam. & eſt p̄ncipaliter a deo mouente liberū arbitriū. & ſecundū hoc dicitur a deo uoluntas hoīs p̄parari. & a deo ḡſſus hoīs dirigi. Ad tertium ſc̄z utrū ex neceſſitate detur grā p̄paranti ſe ad gratiam. dicendū ſicut dictū eſt. p̄paratoria hoīs ad gratiā eſt a deo ſicut a mouente. a libero autē arbitrio ſic a motō. Poſteſt igiſ p̄paratoria cōſiderari dupliciter. Vno quidē modo ſm qd eſt a libero arbitrio. & ſecundū hoc nullā neceſſitatē habet ad gratie conſequatōm. quia donū gr̄tie excedit omnem p̄paratoriam uirtutis humane. Alio modo poteſt cōſiderari ſm qd eſt a deo mouente. & tunc habet neceſſitatē ad id ad quod ordinar̄ a deo. non quidē coactōis ſed inſallibilitatis. quia intentio dei deficere nō poteſt. ſm qd Auguſt. dicit in libro de p̄deſtinatione ſanctoz. qd per beneficia dei certiffime liberant̄ quicūqz liberant̄. vnde ſi ex intentōe dei mouētis eſt qd homo cuius cor mouet gratiā conſequat̄ in effabiliter ipſam aſequit̄. ſm illud Iob. vi. Omnis qui audit a patre & didicit uenit ad me. Ad quartū ſc̄z utrū gratia ſit equalis in omnibus. dicendū qd habitus duplicem magnitudinē habere poteſt. vnam ex pte finis uſ obiecti. ſm qd dicit̄ una uirtus alia nobilior i quantum ad maius bonū ordinar̄. Aliam uero ex pte ſubiecti qd magis uſ min⁹ p̄cipat habitum inherētē. Secundū igiſ primā magnitudinē gratia gratū faciens nō poteſt eſſe maior & minor. quia gratia ſm ſui ratōm cōiungit hoīem ſummo bono. quod eſt deus. ſed ex parte ſubiecti gratia poteſt ſuſcipere magis et minus. put ſc̄z unus p̄fectius illuſtraſ a lumine gratie q̄z aliū. Cui⁹ diuerſitatis ratō quidē eſt aliqua ex pte p̄parantis ſe ad gratiam. qui em̄ ſe ad gratiā magis p̄parat. pleniorē gratiā accipit. ſed ex hac pte non poteſt accipi prima ratio huius diuerſitatis. quia p̄paratoria ad gratiam nō eſt hoīs niſi in quantum liberū arbitriū

eius pparatur a deo. vnde prima causa huius diuersitatis accipiēda est ex pre ipsius dei qui diuersimode sue gratie dona dispēsat ad hoc q̄ ex diuersis gradibus pulchritudo & pfectio ecclesie confurgat. sicut etiā diuersos gradus rerum instituit ut esset uniuersum pfectū. vñ apl's dicit eph. iiii. Postq̄ dixit unicuiq̄ data est gratia s̄m mensuram donatōis christi. enumeratis diuersis gratiis subiunxit ad cōsummatōem sanctorū in edificationē corporis xp̄i.

**C**Ad quintum sc̄z utrū homo possit scire se habere gratiā. dicendū q̄ tripliciter potest hō aliquid cognoscere. Vno modo per reuelationem. & hoc modo potest aliquis scire se habere gratiā. Reuelat em̄ hoc deus aliqui aliquibus ex speciali priuilegio. ut securitatis gaudium. & in hac uita in eis incipiat. & confidentius & fortius magnifica opera sequant. & mala p̄sentis uite sustineant. sicut paulo dictū ē. ii. ad cor. xii. Sufficit tibi gratia mea. Alio modo homo cognoscit aliquid per seipsum. et h̄ certitudinaliter. & sic nullus potest scire se habere gratiā. Certitudo em̄ non potest haberi de aliquo nisi possit diiudicari p̄ p̄cipium. Sic em̄ certitudo habetur de conclusionibus demonstratiuis demonstrabilia uniuersalia p̄cipia. Nullus aut̄ potest scire se habere scientiam alicui⁹ conclusionis si p̄cipiū ignoret. p̄cipiū aut̄ gratie et obiectum eius ē ipse deus. qui p̄pter sui excellentiā est nobis ignotus. secundū illud Iob. xxxvi. Ecce deus magnus uincens scientiā nostrā. & ideo eius p̄sentia in nobis uel absentia p̄ certitudinē cognosci nō potest. s̄m illud Iob. ix. Si uenerit ad me non uidebo eū. si aut̄ abiecerit non intelligam. Et ideo homo nō potest p̄ certitudinē diiudicare utrū ipse habeat gratiā. s̄m illud. i. ad cor. iiii. Sed neq̄ meipsum iudico. qui aut̄ iudicat me dñs ē. Tertio mō cognoscit aliquid cōiecturaliter p̄ aliqua signa. & hoc modo aliquis potest cognoscere se habere gratiā. in quantum sc̄z p̄cipit se delectari in deo. & contēnere res mūdānas. & in quantum hō non ē conscius sibi alicui⁹ peccati mortalis. s̄m quē modū potest intelligi. qd̄ habet apoc. ii. Vincenti dabo manna absconditū. qd̄ nemo nouit nisi q̄ accipit. quia sc̄z ille qui accipit p̄ quandā experientia dulcedinis nouit quā non expitur ille qui non accipit. Ista tñ cognitio ip̄fecta est. Vnde apl's dicit. i. ad cor. iiii. Nihil mihi cōsciū sum. sed nō in hoc iustificat⁹ sum. quia ut dicit in ps̄. delicta quis intelligit ab occultis meis munda me domine.

#### DE EFFECTV GRATIE. DI. XIII.

**C**irca quintus p̄cipale sc̄z de effectu gratie querunt duo. Primo d̄ iustificatōe impiū que est effectus gratie operantis. Secundo de merito quod est effectus gratie cooperantis. **C**irca primum querunt quinq̄. Primo quid sit iustificatio. Secundo utrū ad eam requiratur infusio gratie. Tertio utrū requiratur motus liberi arbi

trii. Quarto utrū iustificatio impiū sit maximum opus dei. Quinto utrū sit opus miraculosum. **C**Ad primum sc̄z qd̄ sit iustificatio impiū. dicendū q̄ iustificatio passiue accepta importat motum ad iusticiam. sicut & calefactō motum ad calozē. Cum aut̄ iusticia de sui ratōne importat rectitudinē quādam ordinis dupliciter accipi potest. Vno modo s̄m q̄ importat rectum ordinē in ipso actu hoīs. & s̄m hoc iusticia ponit uirtus quedā siue sit p̄cularis iusticia que ordinat actū hoīs s̄m rectitudinē in cōparatione ad aliū singularē hoīem. siue sit iusticia legalis que ordinat s̄m rectitudinē actū hoīs in cōparatōe ad bonū cōmune multitudinis. ut patet in v. ethicoz. Alio modo dicit iusticia put̄ importat rectitudinē quandā ordinis in ipsa interiori dispositōe hoīs. put̄ sc̄z sup̄sum hoīs subdit̄ deo. & inferiores aīe uires subdunt̄ sup̄remo sc̄z ratōi. & hanc etiā dispositiōem uocat ph̄s. v. eth. iusticiā methaphorice dictam. Hec igit̄ iusticia in hoīe potest fieri dupliciter. Vno quidē modo p̄ modū simplicis generatiōis que ē ex p̄uatōe ad formā. & hoc modo iustificatio possit cōpetere etiā ei qui nō esset in peccato dum huiusmōi iusticia a deo acciperet. sicut adam dicit̄ accepisse originalē iusticiam. Alio modo potest fieri h̄mōi iusticia in hoīe s̄m ratōem motus qui est de contrario in cōtrariū. & s̄m hoc iustificatio importat transmutatōem quandā de statu iniusticie ad statum iusticie p̄dicte. & hoc modo loquimur h̄ de iustificatōe impiū. secundū illud apli ad rom. iiii. ei qui non opatur. credenti aut̄ in eum q̄ iustificat impiū &c. & quia motus magis denominat̄ a t̄mō ad quē q̄z a t̄mō a quo. Id̄ huiusmōi transmutatio qua aliquis transmutatur a statu iniusticie. p̄ remissionē peccati sortitur nomen a termino ad quē. & uocat̄ iustificatō impiū. **C**Ad secundū sc̄z utrū requiratur infusio gratie. dicendū q̄ homo peccando deū offendit. offensa autē nō remittit̄ alicui nisi per hoc q̄ animus offensi pacat̄ offendētē. & ideo s̄m hoc p̄ctm̄ dicit̄ nobis remitti quod de⁹ nobis pacat̄. que quidē pax non consistit in dilectione qua deus nos diligit. Dilectio autem dei quantū est ex pre act⁹ diuini est eterna & imutabilis. sed quāruq̄ ad effectū quē nobis imp̄mit quandoq̄ interrumpit̄. put̄ sc̄z ab ipso quādoq̄ deficiamus & quāq̄ iterū recuperam⁹ effectus aut̄ diuine dilectōis in nobis qui per p̄ctm̄ tollit̄ est gratia qua homo fit dignus uita eterna. a qua p̄ctm̄ mortale excludit. & ideo non posset intelligere missio culpe nisi adesset infusio gratie. **C**Ad tertiu sc̄z utrū requiratur motus liberi arbitrii. dicendū q̄ iustificatō impiū fit a deo mouente hoīem ad iusticiā. Ipse em̄ ē qui iustificat impiū. ut dicit̄ rom. iiii. Deus autē mouet oīa s̄m motum uniuersuiusq̄. sic in naturalibus uidemus. q̄ aliter mouent̄ ab ipso grauiā. & aliter leuiā p̄pter diuersam naturā utriusq̄. Vnde & hoīem ad iusticiā mouet secundū conditōez nature hūane. homo aut̄ s̄m

propriam naturam habet quod sit liberi arbitrii. & ideo in eo qui habet usum liberi arbitrii non fit motus a deo ad iustitiam absque motu liberi arbitrii. sed ita infundit donum gratie iustificationis. quod etiam simul cum hoc mouet liberum arbitrium ad donum gratie acceptandum in hiis qui sunt huius motus capaces. pueri autem non sunt capaces motus liberi arbitrii. & ideo mouentur a deo ad iustitiam per solam informationem anime ipsorum non autem hoc fit sine sacramento. quia sicut peccatum originale a quo iustificatur non propria uoluntate ad eos peruenit. sed per carnis originem. ita etiam per spiritualem regenerationem a christo in eos gratia deriuatur. & eadem ratio est de furiosis & amentibus qui nunquam usum liberi arbitrii habuerunt. sed si quis aliquando habuerit usum liberi arbitrii. & postmodum eo careat. uel per infirmitatem uel per somnum non consequitur gratiam iustificante per baptismum exterius abhibitu. aut per aliquod aliud sacramentum. nisi prius habuerit sacramentum in proprio. quod sine usu liberi arbitrii non contingit. Et hoc modo ille de quo loquitur Augustinus in libro. confessio. recreatus fuit. & quia prius & postea baptismum acceptauit. sicut autem in motu locali corpus mobile respectum habet ad duos terminos. scilicet ad terminum a quo recedit. & ad terminum ad quem accedit. sic oportet quod mens hominis dum iustificatur per modum liberi arbitrii recedat a peccato. & accedat ad iustitiam. Recessus autem & accessus in motu liberi arbitrii accipitur secundum desiderium & desiderium. dicit enim Augustinus super Iob. exponens illud. mercenarius autem fugit. affectus nostre motus animarum sunt letitia. animi progressio. tristitia autem animi fuga est progressio animi cum appetitis. fugis animo cum metuis. oportet igitur quod in iustificatione impii sit motus liberi arbitrii duplex. unus quo per desiderium tendat in dei iustitiam. & alius quo detestetur peccatum. **Requiritur** autem motus fidei. quia motus liberi arbitrii requiritur ad iustificationem impii. secundum quod mens hominis mouetur a deo. deus autem mouet animam hominis conuertendo eam ad seipsum. ut dicitur in psalmo. secundum aliam litteram. deus tu conuertens uiuificabis nos. & ideo ad iustificationem impii requiritur motus mentis quo conuertitur in deum. **Prima** autem conuersio in deum fit per fidem. secundum illud ad hebraeos. xi. **Accedente** ad deum oportet credere quod est. et ideo motus fidei requiritur ad iustificationem impii. **Ideo** dicit apostolus rom. v. **Iustificati** igitur ex fide pacem habeamus ad deum. **Bene** autem concurrunt alia scilicet caritas. secundum illud luce. vii. **Remittuntur** ei peccata quoniam dilexit multum. **Item** ecclesiastici. i. **Timore** domini expellitur peccatum. nam qui sine timore est non poterit iustificari. & iterum humilitas iacob. iiii. **Deus** superbis resistit. humilibus autem dat gratiam. & iterum matthei. xv. per misericordiam & fidem purgantur peccata. quia tamen prima conuersio hominis ad deum fit per motum fidei. ut dictum est. ideo magis attribuitur fidei. **Motus** tamen fidei non est perfectus nisi sit caritate informatus. unde simul in iustificatione impii cum motu fidei est etiam motus caritatis. **Mouetur** autem

liberum arbitrium in deum ad hoc quod ei se subiciat. unde etiam concurrens actus timoris filialis & actus humilitatis. contingit enim unum & eundem actum liberi arbitrii diuersarum uirtutum esse secundum quod una imperat. & alia impatur. put scilicet actus est ordinabilis ad diuersos fines. **Actus** autem misericordie operatur contra peccatum per modum satisfactionis. & sic sequitur iustificationem. uel per modum preparationis. in quantum misericordes misericordiam consequuntur. & sic etiam potest procedere iustificationem. uel etiam ad iustificationem concurrere simul cum predictis uirtutibus. secundum quod misericordia includit in dilectione proximi. **Datur** igitur ex predictis quod ad iustificationem impii quattuor requiruntur scilicet gratie infusio. motus liberi arbitrii in deum per fidem. & motus liberi arbitrii in peccatum & remissio culpe. **Cuius** ratio est. quia sicut dictum est iustificatio est quidam motus quo anima mouetur a deo a statu culpe in statu iusticie. In quolibet autem motu quo aliquid ab aliquo mouetur tria requiruntur. **Primo** quidem motio ipsius mouentis. secundum motus mobilis. & tertio consummatio motus siue peruenio ad finem. **Ex** parte igitur motus diuine accipitur gratie infusio. ex parte uero liberi arbitrii moti accipiuntur duo motus ipsius secundum recessum a termino a quo & accessum ad terminum ad quem consummatio uero supuenio ad terminum huius motus importatur per remissionem culpe. in hoc enim iustificatio consummatur. **Ad** quartum scilicet utrum iustificatio impii sit maximum opus dei dicendum quod opus aliquod potest dici magnum dupliciter. **Uno** modo ex parte modi agendi. et sic maximum est opus creaturis in quo ex nihilo fit aliquid. **Alio** modo potest dici opus magnum propter magnitudinem eius quod fit. & secundum hoc maius opus est iustificatio impii que terminatur ad bonum eternum diuine participationis quam creatio celi & terre que terminatur ad bonum nature mutabilis. **Et** ideo Augustinus exponens illud iob. xiiii. **Maiora** horum faciet cum dixisset quod maius est ut ex impio fiat iustus quam creare celum & terram. subiungit. celum enim & terra transibunt. predestinatio autem salus & iustificatio permanente. **Sed** sciendum est quod aliquid magnum dicitur dupliciter. **Uno** modo secundum quantitatem absolutam. & hoc modo donum glorie est maius quam donum gratie iustificantis impii. & secundum hoc glorificatio iustorum est maius opus quam iustificatio impii. **Alio** modo dicitur aliquid magnum quantitate proportionis. sicut dicitur mons paruus. & granum milii magnum. & hoc modo donum gratie iustificantis impii est maius hinc quam donum glorie beatificationis iusti. quia plus excedit donum gratie dignitatem impii. qui erat dignus penam quam donum glorie dignitatem iusti. qui ex hoc ipso quod est iustificatus est dignus gloria. **Et** ideo Augustinus ibidem dicit. **Iudicet** qui potest utrum sit maius iustos angelos creare quam impios iustificare. certe si equalis est utriusque potentie. hinc maioris est misericordie. **Ad** quintum scilicet utrum iustificatio impii sit opus miraculosum. dicendum



quod in operibus miraculosis tria consueuerunt inueniri. quorum unum est ex parte potentie agentis. quia sola diuina uirtute fieri possunt. & ideo sunt simpliciter mira quasi habentia causam occultam. & secundum hoc tam iustificatio impii quam creatio mundi. & uniuersaliter omne opus quod a solo deo fieri potest miraculosum dici potest. Secundo in quibusdam miraculosis operibus inuenitur quod forma iuducta est super naturalem potentiam talis materie. sicut in suscitacione mortui uita est supra naturalem potentiam talis corporis. & quantum ad hoc iustificatio impii non est miraculosa. quia naturaliter anima est gratie capax. eo enim ipso quod facta est ad ymaginem dei. capax dei est per gratiam. ut Aug<sup>9</sup>. dicit. Tertio modo in operibus miraculosis inuenitur aliquid preter solitum & consuetum ordinem causandi effectum. Sicut cum aliquis infirmus sanitate perfecta assequitur subito preter solitum cursum sanationis que fit a natura uel arte. Et quantum ad hoc iustificatio impii quandoque est miraculosa. & quandoque non est. Est enim iste consuetus & communis cursus iustificacionis. ut deo mouente interius animam homo uertatur ad deum. Primo quidem conuersione imperfecta. ut postmodum ad perfectum deueniat. quia caritas inchoata meretur augeri. ut acta mereatur perfici. sic Aug<sup>9</sup>. dicit. Quandoque uero tam uehementer deus animam mouet ut statim quandam perfectionem iusticie assequatur. sicut fuit in conuersione pauli. adhibita etiam exteriori miraculose praestratione. & ideo conuersione pauli tanquam miraculosa in ecclesia commemoratur celebriter.

## DE MERITO. DIS. XV.

**Q**uoniam circa sextum principale quantum ad effectum gratie scilicet de merito querunt noue. Primo utrum homo possit mereri aliquid apud deum. Secundo utrum possit mereri uitam eternam ex condigno. Tertio utrum gratia sit principium merendi mediante caritate principaliter. Quarto utrum homo possit sibi mereri primam gratiam. Quinto utrum possit alii mereri primam gratiam. Sexto utrum possit sibi ipsi mereri operationem post lapsum. Septimo utrum possit mereri augmentum gratie. Octauo utrum possit mereri perseverantiam finale in bono. Nono utrum temporalia bona cadant sub merito. **A**d primum scilicet utrum homo possit aliquid mereri a deo. dicendum quod meritum & merces ad idem referuntur. Id enim merces dicitur quod alicui retribuitur pro retributione operis uel laboris quasi quoddam premium ipsius. unde sicut reddere iustum precium pro re accepta ab aliquo est actus iusticie. ita etiam retribuere mercedem operis uel laboris est iusticie actus. Iustitia autem equalitas quedam est. ut patet per philosophum in v. ethi. & ideo simpliciter est iustitia inter eos quorum est simpliciter equalitas. eorum uero est simpliciter iustitia sed quidam iusticie modus potest esse. sicut dicitur quoddam ius patrum uel dominantium. ut in eodem libro philosophus dicit. Et ideo in hiis in quibus est simpliciter iustum est & simpliciter ratio mer-

cedis & meriti. In quibus autem est secundum quid iustum & non simpliciter. in hiis etiam non simpliciter est ratio meriti. sed secundum quid. quantum saluatur ibi iusticie ratio. sic enim et filius meretur aliquid a patre. & seruus a domino. Manifestum est autem quod inter deum et hominem est maxima in equalitas. In infinitum enim distant. & totum quod est hominis bonum est a deo. unde non potest hominis ad deum esse iustitia secundum absolutam equalitatem. sed secundum proportionem quandam. in quantum scilicet uterque operatur secundum modum suum. modus autem & mensura humane uirtutis hominis est a deo. & ideo meritum hominis apud illum esse non potest nisi secundum praesuppositum diuine ordinationis. Ita scilicet ut id homo consequatur a deo pro suam operationem quasi mercedem ad quod deus ei uirtute operandi deputauit. sicut etiam res naturales consequuntur pro proprios motus & operationes ad quod a deo sunt ordinate. differenter tamen. quia creatura rationalis se ipsam mouet ad agendum per liberum arbitrium unde sua actio habet rationem meriti. quod non est in aliis creaturis. **A**d secundum scilicet utrum possit mereri uitam eternam ex condigno. dicendum quod opus meritorium hominis considerari potest dupliciter. uno modo secundum quod procedit ex libero arbitrio. Alio modo secundum quod procedit ex gratia spiritus sancti. si consideretur secundum substantiam operis. & secundum quod procedit ex libero arbitrio. sic non potest ibi esse condignitas propter maximam inequalitatem. sed est ibi congruitas propter quandam equalitatem proportionis. uideatur enim congruum ut homini operanti secundum suam uirtute deus recompenset secundum excellentiam sue uirtutis. si autem loquamur de opere meritorio secundum quod procedit ex gratia spiritus sancti. sic est meritorium uitae eterne ex condigno. sic enim attenditur ualor meriti secundum uirtute spiritus sancti mouentis nos in uitam eternam. secundum illud Ioh<sup>9</sup>. iiii. Fiet in eorum fons aque uiue salientis in uitam eternam. Attenditur etiam premium operis secundum dignitatem gratie per quam homo conuersus factus diuine nature adoptatur in filium dei. cui debetur hereditas ex ipso iure adoptionis. secundum illud rom. viii. si filii dei & heredes. **A**d tertium scilicet utrum gratia sit principium merendi principaliter per caritatem. dicendum quod sicut ex praedictis accipi potest humanus actus habet rationem merendi ex duobus. Primo quidem & principaliter ex diuina ordinatione secundum quod actus dicitur esse meritorium illius boni ad quod homo diuinitus ordinatur. Secundo uero ex parte liberi arbitrii. in quantum scilicet homo habet pro ceteris creaturis ut per se agat uoluntarius agens. & quantum ad utrumque principalitas meriti penes caritatem consistit. Primo quidem considerandum est quod uita eterna in dei fructu consistat. Motus autem humane mentis ad fructum diuini boni est proprius actus caritatis. per quem omnis actus aliarum uirtutum ordinatur in hunc finem. secundum quod alie uirtutes imperantur a caritate. & ideo meritum uitae eterne primo pertinet ad caritatem. ad alias autem uirtutes secundario. secundo quod eorum actus a caritate imperantur. Similiter etiam

manifestum est quod id quod ex amore facimus maxime uoluntarie facimus. unde etiam secundum quod ad rationem meriti requiritur quod sit uoluntarium principaliter meritum caritati attribuitur. **A**d quartum scilicet utrum homo possit mereri primam gratiam sibi ipsi. dicendum quod donum gratie potest considerari dupliciter. uno modo secundum rationem gratuitum doni. et sic manifestum est quod omne meritum repugnat gratie. quia ut ad Romanos. x. apostolus dicit. Si ex operibus. iam non ex gratia. Alio modo potest considerari secundum naturam ipsius rei que donatur. & sic etiam non potest cadere sub merito non habentis gratiam. tum quia excedit proportionem nature. tum etiam quia ante gratiam in statu peccati habet homo impedimentum promerendi gratiam scilicet ipsum peccatum. Postquam autem iam aliquis habet gratiam non potest gratiam iam habita sibi merito cadere quasi merces. quia merces est terminus operis. gratia uero est principium cuiuslibet boni operis. ut nobis indictum est. Si uero aliud donum gratuitum quis mereatur uirtute gratie precedentis iam non erit prima. unde manifestum est quod nullus potest sibi mereri primam gratiam. **A**d quintum scilicet utrum possit mereri alteri primam gratiam. dicendum quod sicut ex dictis patet. opus nostrum habet rationem meriti ex duobus. Primo quidem ex uirtute diuine & sic mereatur aliquis ex condigno. Alio modo habet rationem meriti secundum quod procedit ex libero arbitrio. in quantum uoluntarie aliquid facimus. & ex hac parte est meritum congrui. quia congruum est ut dum homo bene utitur sua uirtute de se secundum super excellentiam uirtutis excellentius operetur. Ex quo patet quod merito condigni nullus potest alteri mereri primam gratiam nisi solus christus. quia unusquisque nostrum mouetur a deo per donum gratie. ut ipse ad uitam eternam perueniat. & ideo meritum condigni ultra hanc motionem non se extendit. sed anima christi mota est a deo per gratiam. non solum ut ipse perueniret ad gloriam uite eterne. sed etiam ut alios in eam adduceret. in quantum est caput ecclesie & actus salutis humane. secundum illud hebraei. ii. Qui multos filios in gloriam adduxerat actus est salutis &c. sed merito congrui aliquis potest alteri mereri primam gratiam. quia enim homo in gratia constitutus implet dei uoluntatem. congruum est secundum amicitiam proportionem ut deus impleat hominis uoluntatem in saluatione alterius. licet quandoque posset habere impedimentum ex parte ipsius cuius aliquis sanctus iustificationem desiderat. & in hoc casu loquitur auctoritas Iere. xv. si steterit moyses & samuel coram me. non est anima mea ad populum istum. **A**d sextum scilicet utrum quis possit mereri sibi reparatorem post lapsum. dicendum quod nullus potest sibi mereri reparatorem post lapsum. neque merito condigni. neque merito congrui. Merito quidem congrui hoc sibi mereri non potest. quia ratio huius meriti dependet ex motione diuine gratie. que quidem motio interruptur per sequens peccatum. Tamen omnia beneficia que postmodum aliquis a deo consequitur quis

bus reparatur non cadunt sub merito tanquam motione prioris gratie usque ad hoc non se extendit. meritum etiam congrui quo quis alteri primam gratiam mereatur impeditur ne consequatur effectum propter impedimentum peccati in eo cui quis mereatur. Multo igitur maius impeditur talis meriti efficacia propter impedimentum quod est in eo qui meretur. & in eo cui mereatur. hic enim utrumque in unam personam concurrunt. & ideo nullo modo aliquis potest sibi mereri reparatorem post lapsum. **A**d septimum scilicet utrum possit mereri augmentum gratie. dicendum quod sicut supra dictum est. illud cadit sub merito condigni ad quod motio gratie se extendit. Motio autem alicuius motus non solum se extendit ad ultimum terminum motus. sed etiam ad totum progressum in motu. terminus autem motus gratie est uita eterna. progressus autem in hoc motu est secundum augmentum caritatis uel gratie. secundum illud psalmi. iiii. Iustorum semita quasi lux splendens procedit & crescit usque ad perfectum diem. qui est dies glorie. Sic igitur augmentum gratie cadit sub merito condigni. **A**d octauum scilicet utrum possit mereri finalem perseuerantiam. dicendum quod cum homo naturaliter habeat liberum arbitrium flexibile ad bonum & ad malum. dupliciter potest aliquis perseuerantiam in bono obtinere a deo. uno quidem modo per hoc quod liberum arbitrium determinatur ad bonum per gratiam consummatam. quod erit in gloria. Alio modo ex parte motus diuine que hominem inclinat ad bonum usque ad finem. Sicut autem ex dictis patet illud cadit sub humano merito quod comparatur ad motum liberi arbitrii directi a deo mouente sicut terminus. non autem illud quod comparatur ad predictum motum sicut principium. unde patet quod perseuerantia glorie que est terminus predicti motus cadit sub merito. perseuerantia autem uice uersa cadit sub merito. quia dependet solum ex motione diuina que est principium omnis meriti. sed deus gratis perseuerantie bonum largitur cuiusque illud largitur. **A**d nonum scilicet utrum bona temporalia cadant sub merito. dicendum quod id quod cadit sub merito est premium uel merces quod habet rationem alicuius boni. Bonum autem hominis est duplex. unum simpliciter & aliud secundum quod. Simpliciter quidem bonum hominis est ultimus finis eius. secundum illud psalmi. mihi adherere deo bonum est & per consequens omnia illa que ordinantur ut inducantur ad hunc finem. & talia simpliciter cadunt sub merito. Bonum autem secundum quod est quod est bonum ei ut nunc. uel quod est secundum aliquid bonum. & huiusmodi non cadunt sub merito simpliciter. sed secundum quod. Secundum hoc igitur. dicendum est quod si temporalia bona considerentur prout sunt utilia ad opera uirtutum quibus producimur in uitam eternam. secundum hoc directe & simpliciter cadunt sub merito. sicut augmentum gratie. & omnia illa quibus homo adiuuatur ad perueniendum in beatitudinem post primam gratiam. tamen enim dat deus uiris iustis de bonis temporalibus & etiam malis quod eis expedit ad perueniendum ad uitam eternam. &

intantum sunt simpliciter bona hmoi tempo-  
ralia. vnde dicitur in ps. **T**imentes autē dñm  
non minuentur omī bono. **E**t alibi. **N**ō uidi  
iustum derelictū. **S**i autē cōsiderent huiusmōi  
tempozalia bona hōm se. sic non sunt simplici-  
ter bona hōis. sed secūdum quid. & ita n̄ sim-  
pliciter cadunt s̄b merito. sed h̄m quid. in quā  
tum sc̄z hōies mouent a deo ad aliqua tempo-  
raliter agenda in quibus suū ppositum conse-  
quunt deo faciente. ut sicut uita eterna ē sim-  
pliciter p̄miū operum iustitiae p̄ relatiōem ad  
motionem diuinā. ut dictum est. ita tempoza-  
lia bona in se considerata habent ratōem mer-  
cedis. uel habito respectu quantū ad motiōem  
diuinam quā uoluntates hominū mouentur  
ad hec prosequenda. **L**icet interdum in hīs n̄  
habeant hōies rectam intentionem.

**DE ESSENTIA VIRTUTVM.  
PARS TERTIA. DIS. PRIMA.**

**Q** Emde considerandū est de vir-  
tutibus. **E**t circa hoc cōsiderā-  
dum est p̄mo ī generali secū-  
do ī speciali. **C**irca p̄mū con-  
sideranda sunt tredecim. **P**ri-  
mo de uirtutibus quantū ad  
essentiā. **S**ecundo de subiecto uirtutis. **T**er-  
tio de distinctiōe uirtutū intellectuāliū. **Q**uar-  
to de distinctiōe uirtutū mozaliū ab intellectu-  
alibus. **Q**uinto de distinctiōe uirtutū mozaliū  
per cōparatiōem ad passiones. **S**exto de distin-  
tione uirtutū mozaliū ab iuicem. **S**eptimo de  
distinctione uirtutū carnaliū. **O**ctauo de uir-  
tutibus theologiacis. **N**ono de causa uirtutum  
**D**ecimo de p̄prietate uirtutum quantū ad ea-  
rum mediū. **V**ndecimo de connexionē uirtu-  
tum. **D**uodecimo de qualitate uirtutum. **T**er-  
tiodecimo de duratiōe eaz̄ post hanc uitam.  
**C**irca p̄mū sc̄z de essentia uirtutū querū-  
tur duo. **P**rimo uerū uirtus sit qualitas. **S**e-  
cundo de diffinitione eius. **A**d p̄mū scilicet  
uerū uirtus sit habitus. dicendū q̄ uirtus no-  
minat quandā p̄fectionem potētie. **V**niuscui-  
usq̄ autē p̄fectio p̄cipue considerat ī ordine  
ad suum finem. finis autē potētie actus est.  
vnde potētia dicitur esse p̄fecta h̄m q̄ determi-  
natur ad suum actū. **S**unt autē quedā potētie  
que secūdū se ipsas sunt determinate ad suos  
actus. sicut potētie naturales actiue. & ideo  
h̄mōi potētie naturales secūdū se ipsas dicitur  
uirtutes. potētie autē rationales que sūt po-  
tētie p̄prie hōis nō sunt determinate ad unū  
sed se habent indeterminate ad multa. deter-  
minant autē ad actus p̄ habitus. et ideo uirtutes  
humane habitus sunt. **I**tem cū duplex sit po-  
tētia. sc̄z potētia ad esse & potētia ad agere  
p̄fectio utriusq̄ potētie uirtus uocatur. sed  
potētia ad esse se tenet ex p̄te materie que est  
ens ī potētia. **P**otētia autē ad agere se tenet  
a parte forme que est p̄ncipiū agendi. eo q̄  
unūquodq̄ agit inquantū est actus. **I**n cōsti-  
tutiōe autē hōis corpus se habet sicut materia.  
anima uero sicut forma. & quantū quidez ad

corpus homo cōmunicat cū aliis animalibus.  
& similiter quantū ad uires que sunt aīe cor-  
poris cōmunes. sole autē ille uires que sūt p̄-  
prie aīe sc̄z rationales sunt hōis tm̄. et ideo uir-  
tus humana de qua loquimur non potest per-  
tinere ad corpus. sed p̄met tātum ad id quod  
est p̄pziū aīe. unde uirtus humana non im-  
portat ordinem ad esse sed magis ad agere. **E**t  
ideo de ratione humane uirtutis est q̄ sit ope-  
ratiuus habitus. de ratione autē eius est q̄ sit  
habitus bonus. quia uirtus cuiuslibet rei ordi-  
natur ī bonū. p̄pter quod dicit **A**ugu<sup>9</sup> ī li-  
de mozibus ecclesie. **N**emo dubitauerit q̄ uir-  
tus aīam facit optimam. **E**t p̄s. ii. ethi. dicit.  
q̄ uirtus est que bonū facit habentem & opus  
eius bonū reddit. vnde patet q̄ uirtus huma-  
na est habitus operatiuus et bonus. **A**d se-  
cundum sc̄z. de diffinitione uirtutis. sciendū q̄  
hec diffinitio solet assignari. & sentēcialiter su-  
mitur ex uerbis **A**ugu<sup>9</sup> ī secūdo de libero arbi-  
virtus est bona qualitas mentis qua recte ui-  
uitur. qua nemo male utitur. quā deus ī no-  
bis sine nobis opatur. hec autē diffinitio perfe-  
cte completit totā ratōem uirtutis. **P**erfecta  
em̄ ratio uniuscuiusq̄ rei colligitur ex omnibus  
causis eius. **C**omprehēdit autē p̄dicta diffinitio  
omnes causas uirtutis. causa nanq̄ formalis  
uirtutis sic & cuiuslibet rei accipit ex eius ge-  
nere & differentia. cum dicitur qualitas bona.  
genus em̄ uirtutis qualitas est. differentia autē  
bonum. **E**a est tñ cōuenientior diffinitio si lo-  
co qualitas ponere habitus qui est genus p̄-  
p̄mū. uirtus autē non habet materiā ex qua  
sicut nec alia accidentia. sed habet materiā cir-  
ca quā. & materiā ī q̄ sc̄z subiectū. **M**ateria  
autē circa quā ē obiectum uirtutis. qd nō potu-  
it ī p̄dicta diffinitione poni. eo q̄ p̄ obiectum  
determinat uirtus ad speciē. **H**ic autē assigna-  
tur diffinitio uirtutis ī cōmuni. vnde ponit  
subiectū loco cause materialis. cum dicit q̄ est  
bona qualitas mentis. finis autē uirtutis cum  
sit habitus operatiuus est ipsa operatio. **S**ed no-  
tandū q̄ habitū operatiuoz aliqui sunt sem-  
per ad malum. sicut habitus n̄iosī. **A**liq̄ ue-  
ro quādoq̄ ad bonū. & quādoq̄ ad malum.  
sicut opinio se habet & ad uerum & ad falsū.  
**V**irtus autē est habitus semp se habens ad bō-  
num. & ideo ut discernat uirtus ab hīs que  
se habent semp ad malū dicitur qua recte uiuit  
**V**e autē discernat ab hīs q̄ se habent quādoq̄  
ad bonū quādoq̄ ad malum dicitur. qua nullū  
male utitur. causa autē efficiēs uirtutis īfusiue  
de qua diffinitio datur deus ē. p̄pter quod di-  
citur quā deus ī nobis sine nobis operat. que  
quidem autē p̄tula si auferat reliquū diffini-  
tionis erit cōmune omnibus uirtutibus & ac-  
quisitis & īfuis. **E**t nota q̄ bonū quod po-  
nitur ī diffinitione uirtutis nō est bonū quod  
conuertit cum ente. nec est ī plus q̄z qualitas.  
sed est bonū ratōis. h̄m qd dicit **D**yoni. iiii. ca-  
pitulo de diu. no. q̄ bonū aīe est h̄m ratōem  
esse. **H**ic ergo ponit qualitas p̄ genere. bona